

Les Bibliothèques Virtuelles Humanistes

Extrait de la convention établie avec les établissements partenaires :

- ces établissements autorisent la numérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de manipulation des documents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les images résultant de la numérisation seront dûment référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré comme une « œuvre » (numérisation, traitement des images, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et administrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est soumise à autorisation.
- toute utilisation commerciale restera soumise à autorisation particulière demandée par l'éditeur aux établissements détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques compétents.

Copyright - © Bibliothèques Virtuelles Humanistes

Stib
138



10797

V E · T E =

R V M I V R I S C O N

sultorum uitę, per Bern

Li: hardinum Rutilium

Iurisconsultum do

fumatis. summa di

Mond's ligentia con

ab. la scriptae,

in magna cōfervatione

ARGENTORATI PER

CRATONEM MY-

LIY.M, ANNO

M.D.XXXVIII.

Francisci Nigri Mantuanī.

NICOLAVS

GERBELIVS PRAECLARO

uiro D. Christophoro Vuelfinger
facundo & eruditio Iuriscon=
sulto, amico suo perue=
teri. S. D.



V M nupēt ex Ita=
lia, eximia illa li=
terarū cultrice, ad
nos redijsses, do=
ctissime Christo=
phore, & me pro=
singulati tua in
me pietate, cultu,
atq; obseruantia aliquoties domi meæ
conuenisses, cepi (ut meus mos est) de
rebus Italicis, de viris illustribus, qui nūc
in Italia florent, deq; libris ueteribus à te
plurima percontari. Ibi tu repetita in me
perpetua illa necessitudine tua & fide ni=
hil eorum quæ cognita tibi fuere, occulu=
isti: Ab ouo usq; ad poma omnia diligen=
tissime commemorando. Inter quas io=
cundissimas confabulationes, tandem è
manica

N I C Q L. G E R.

manica libellū Rutilij depromebas, in
quo ille ueterum Iurisconsultorum uitas
eleganter & summa cura conscripscerat.
Placuit impendio scripti genus, placuit
argumentū. Cepi orare atq; obtestarite,
uel in meam gratiam libellum euolgari
patereris. Morem gessisti quā amantissi-
me, & rem omnem curæ meæ cōmisisti.
Itaq; lētus ego nostris hominibus, hoc
est GERMANI S munus hoc tuum am-
plissimum cōmune feci. Spero autē atq;
etiam confido, me rem studiosis omni-
bus gratissimā fecisse, quod uix aliud scia
scribendi argumentum, quod uel iucun-
dius sit uel magis prospicere. Quid enim per
immortales Deos abundantiorem uolu-
ptatem adferre potest, quam tot docto-
rum hominū fortunas, res gestas, dicta
atq; cōsilia nosse? Quid uero utilius quā
ex aliorum male actis uitam & mores es-
tendare nostros? Nam admodum præ-
clare dixit Plautus, felicitet illos sapere
qui alieno periculo sapiunt. Quod si uete-
rum Auctotū, qui uelut ex professo præ-
stantium uitorū uitas memoriae cōmen-
darunt, monumēta extant. Quantum
chesau

CHRIST. VVELS.

thesaurū Christophore, quas opes, quæ
deniq; bona nos habituros putas: Eam
sanè rem in primis diligentissime tracta-
uit Hermippus, cuius liber de Magis
deq; alij sapientibus uitis, nemini non
erat in manibus uetus: illo & uere do-
cto seculo. Idem fecit Satyrus peripatetis-
cus, sed paulo diffusius, adeo ut librum
eius in Epitomen contraxerit Heracles.
Taceo quæ Clearchus, Chrysippus, Di-
cæarchus, & horum omniū diligentissi-
mus Heraclides posteritati reliquerunt.
Vnus tantum adiçiam Plutarchū, mi-
raculum Græciæ, & gentis illius ἀλφα:
Nonne per amplam laudem in Rhetor-
ibus suis, & maiorem multo in Illustri-
bus uiris consecutus est: Quæ exempla-
ria virtutū, quæ gesta, quæ insignia tro-
phæa orbi depinxit. Videturq; mihi ali-
quanto felicius scripsisse quam res tan-
tas gesserint illi. Horum exemplum qui
sequitur hodie, plane homines sunt &
digni certe quorum memoria nunq; in-
termoriatur. Recte itaq; & Rutilius tuus
qui ueterum iurisconsultorum res præ-
clare gestas, tum etiam librorum, quos

N I C O L . G E R .

homines sapientissimi scripsere, nomina, breuiter & accurate descripsit. Non malo me hercle consilio, ut imperatorum legum studiosi, in Iustiniano Codice, quem toties uoluūt, quemq; prope ediscunt, uideant quorum auctoritate, prudentia atq; consilio tanti tum Principes in condēdis æquissimis atq; sanctissimis legibus usi sint. Neq; enim medios cremp; habent gratiam, quæ scimus à summis atq; prudentibus uiris esse profecta. Velut è diuerso flagitiosorum hominū etiam bene dicta propter uitæ turpitudinem sæpen numero, & gratiam amittunt & auctoritatem. Illud profecto dolere maximo prosequendum, tot nobilium Jurisconsultorum Volumina prioris æui negligentia interijsse, quæ non solum iuris, sed & aliarum doctrinarum studiosis usui esse potuissent. Fuere enim ex his pleriq; summi Philosophi, summi Ora-
tores, in nonnullis tam absoluta histo-
riæ atq; omnis antiquitatis cognitio, ut non inuitus crediderim; ex his solis auctoribus uirum sapientem & ciuilibus rebus aptum, formari potuisse. Itaq; mi
Christo

C H R I S T . V V E L S .

Christophore de tanto munere merito
tibi amplissimas gratias ago, teq; non so-
lum hortor, sed etiam abs te magnopere
peto, ut & Diodori Siculilibri ab eo-
dem Rutilio uersi, quando Græcum au-
torem habere nequimus, tua cura publi-
cum sortiantur. In hunc etenim modum
de studiosis omnibus optime promere-
beris, & laudem cōsequeris perpetuam.

Vale, & me ut soles ama. Argento-
rati pridie Idus Nouembris.

Anno à Christo nato

M. D. XXXVII.

A M P L I S S I M O
C A R D I N A L I N I C O L A O
Rodulpho, patrono suo opti-
mo & beneficentissimo,
Bernardinus Rutis-
lius. S. P. D.



I STORIAM, C VIVS
laudes, à ueteribus multis
expositas, ego prætereun-
das mihi esse existimauī,
quadrisariam tractari solere nō ignoras,
aut enim potissimū seriem temporū se-
quimur, ut apud Græcos diligentissime
Thucydidēs, è nostris T. Liuius, aut loco
rum, ut Appianus, aut hominum, ut Sue-
tonius & Plutarchus, aut actionum re-
rumq; gestarum formas similitudinesq;
cōiungimus, ut latinorum unus, qui ex-
tet, Val. Max. Atq; hæc scribēdi uarietas
à naturæ uidelicet initij proficiscitur, cu-
ius æterna lege omnia, quæ agimus, qua-
dripartita sunt. quicquid enim agitur, &
loco & tempore & personis & ipso agē-
di genere continetur. Earum autem scri-
ptionum

EPIST. NVNCVPAT.

ptionum omniū illa, quæ uitijſ atq; vir-
tutibus distinguitur, & proponendis ex
emplis, nō ſolum officij & facultatis, ſed
etiam copiæ ac frequētiæ, uno eodemq;
loco abunde admonet, ceteris omnibus
ad utilitatem, meo quidem iudicio, an-
teceſſit. Proxima eſt ea ratio, quæ certis
hominibus adiungitur, propterea quod
nemo fere eſt, qui n se ad alicuius unius
exemplū formare atq; instituere malit,
quam ex uario & confuso, ac diſſito bo-
norum malorumq; morum quodā qua-
ſi ſeminario ſalubria, & frugifera à perni-
ciosis ſterilibusq; excerpere. In eſt tamen
& reliquias duobus operibus ſuum emo-
lumentum. Ac me interdum in ea cogi-
tatione uerſantem atq; intentum admi-
ratio ſubit, quid ſit, quod, cum multi ui-
tas principum & ducum, quorum nulla
prope magna laus ferro uacat & ſanguine,
diligētiffime conſcriperint, atq; inde
genus hoc ſcribendi proſectū, paulatim
ad eos homines peruererit, qui leniores
quodammodo uirtutes profitetur, Phi-
losophos dico, Medicos, Oratores, Po-
etas (nam noſtriſ, id eſt Christianis, diui-

E P I S T O L A

næ cuiusdam uirtutis hominibus ueni-
nem comparandū puto) donec ad Rhei-
tores ac Grāmaticos deuentū est, nemo
adhuc extiterit, qui sibi legum latorū &
iuris prudentū uitas in argumentū iusti-
& peculiariis operis desumpserit, cum
præsertim unam omnīū maximam ma-
ximeq; necessariam humano generi uir-
tutem iusticiam colant atq; pertractent.
ut reliquarum artium ac disciplinarum
paucæ cum hac cognitione conferri, nul-
la præferri possit. est enim tota pruden-
tiæ, quam, ut tu præclare intelligis, peri-
patetici omnibus scientijs reliquisq; ani-
mi uirtutib; præter unam sapientiam,
anteponunt. Idemq; disputant civili in-
telligentiæ cæteras subesse & parere o-
mnes. Neq; immerito fons ille & caput
Philosophorum Socrates apud Xeno-
phantem quæritur & miratur, multos
fuisse Athenis cerdonum, fabrum, equi-
tum eruditores atq; magistros, legum
& tractandæ iusticiæ, quam regiam uir-
tutem appellat, nullos. Quod uitium
cum Ro. ueteres, qui multa ipsi excogis-
tauere, multa à Græcis accepta fecere
meliora,

N V N C V P A T O R I A.

meliora , tum nostra pauloq; superior
ætas egregie fugit. iuris enim consultos
ac professores maximis præmijs atq; ho-
noribus prosecuti sunt. Itaq; indignum
& minime ferendum erat, ueterum iuris
peritorum memoriam in obscuro esse.
præter enim Lycurgū, Solonem, & Nu-
mam , uix ullum habemus satis cogni-
tum , & singulari argumento tractatum
latorem legum aut interprætem. Rom.
aliquot, neq; tamen plurimos , quidam
nostrī homines strictim attigete , atq; ita
strictim , ut nihil penè nisi operū eorum
nomina collegerint , unde nihil admo-
dum, aut, qui fuerint, scire , aut exempli
tibi uel ad cauēdum uel ad imitandum
capere possis , qui fructus præcipue esse
historiæ debet. cum præfertim eiusmo-
di uiri extiterint, qui apud Ro. iuris pru-
dentiam professi sunt, ut non modo nul-
la literarum studia omiserint, quæ qui-
dem essent personæ & dignitatis, uerum
etiam officio fortis & boni ciuis atq; im-
peratoris , dum stetit Resp. abunde satis
fecerint. Utinamq; extaret Cincius, qui li-
bros aliquot de officio iuris consulti fer- .

E P I S T O L A

tur scripsisse, ut intelligeret, qui nunc isti
disciplinæ passim uacant, quam magnū
mūnus, & quanti quamq; absoluti ciuis
sustineant. Quod quia frustra desidera-
bamus, idemq; alia ratione consequili-
cebat, nos pro præceptis exempla posui-
mus. omnes enim Rom. iuris interpræ-
tes hoc opere diximus, & quidem quam
plenissime ea res scribi poruit, sine ta-
men digressionibus, à quibus magno pe-
re abhorremus. argumentum immensi-
atq; abditi operis, ut quod supra bis mil-
lesimum repetatur annum, & ab infinitis
prope autoribus, ijsq; intercisis &
mancis (illi enim perpetui & quasi ordi-
narj magna ex parte perierant) colligen-
dum fuerit, ut mihi videar posse non ar-
roganter dicere, Esculapium illum, qui
est in fabulis, disceptum in frusta Hip-
polytum, compactis membris uite re-
stituisse, toties me esse imitatum, quot
hominum uitas (sunt autem ad cen-
tum) confecerim. In quibus si cui for-
te videbor ueterum autorum uerbis ni-
mium inhæsisse, eaq; interdum penè
transcripsisse omnia, is sic habeto, ma-
iorem

N V N C V P A T O R I A

Item à me ueritatis, quæ sæpe mutadis
uerbis amittitur, habitam esse rationem,
quam eloquentię. & si tantum mihi non
sumo, ut putem eadem omnia à me po-
tuisse dici facundius aut ornatius, quām
sint ab antiquis scriptoribus exposita. Il-
lud quidem certe cauimus, quod ego so-
leo inter præcipuas corruptę eloquentiæ
causas ponere, ne studio loquendi nouis-
ter, antiquorum sententias splendide ac
proptie & optimis uerbis expositas mu-
taré in deterius, maluīq; imitator dici q̄
deprauator. etant enim dicenda eadem
& si nolle eodem modo. Deniq; si mihi
elocutionis gloria detrahaſ (quamquā
multa mihi videor quorundam dixisse
melius) facile patiar, & illa inuentarum
rerum, aut si id quoq; adimant, colloca-
tionis compositionisq; una laude cōten-
tus ero. ac ne eam quidem ipsam magno
pere exigam. fuit enim illud mihi hoc
labore propositum, quod omnibus esse
scriptoribus debet, non mihi comparan-
di nominis, sed si quid possem, uite in u-
niuersum consulendi. Quo etiam effe-
ctum est, ut si quid incidit, quod parum
uerē

E P I S T O L A

vire ab alijs scriptum uideretur, nec nos
strorum hominum nec veterum auto-
rum nominibus pepercetim, nō sugil-
landi gratia, sed ut sic tracta in controuer-
siā ueritas clarius elucesceret. Quod ex-
emplum si in me recidat, æquissimo ani-
mo latus sum, modo citra amarulen-
tiam atq; acerbitatem fiat, & ueri nō con-
tentionis, studio. Homines enim sumus,
credoq; mecum certaturos posteros, ut &
nos fecimus cum prioribus. Quod eo li-
berius apud te loquor, patrone optime,
quo te huius amici mei testem laudato-
remq; habeo tuoq; hoc iudicio et testimo-
nio xutus, omnium obtrectatorum lin-
guas facile cōtemnam. Es enim mihi u-
nus, ut Ciceroni quondam Cato, pro cē-
tum millibus, uel potius, ut Plato Anti-
macho, pro omnibus. Utinamq; tibi tot
(ut ita dixerim) uiuas uitas, quot scriptas
darē, negū enim paucioribus es dignus.

Vale s̄eculi decus. Rhomae ex ædi-

bus tuis, Idibus Aprilis,

M. D. XXXVI

I N D E X N O M I
num Iurisconsul
torum.

	Página
Papirius maior	1
Appius Claudius Decemviro	4
Ap. Claudius Cæcus	40
P. Sempronius Sophus	64
T. Coruncanus	86
Q. Fabius Pamphilus	90
P. Aelius Pætus	99
Sex. Aelius Pætus	112
Aelius Pætus filius	114
Attilius sapiens	118
P. Cornelius Scipio Nasica	120
Q. Fabius Labeo	146
Q. Fabius Pictor	151
M. Porcius. M. F. Catō	153
M. Manilius Torquatus	163
M. Brutus	188
P. Mutius Scæuola	194
P. Licinius Crassus Mutianus	198
C. Liuius Drusus	206
C. Martius Figulus	210
P. Rutilius Rufus.	217
Q. Aelius Tubero	229
Paulus	

I N D E X

P aulus Virginius	229
S ex Pompeius	<i>cod.</i>
L . Cælius Antipater	230
Q . Mutius Scæuola Augur	232
Q . Mutius Scæuola Pon. Max.	238
C . Aquilius Gallus	248
L . Lucillius Balbus	253
Cn . Aufidius alijq̄	254
C . Iuuentius	255
Sex . Papicius	257
P . Servius Sulpitius	<i>cod.</i>
C . Trebatius Testa	271
A . Offilius	275
A . Casselius	277
Q . Aelius Tubero	280
P . Alphenus Vatus	283
C aius	284
T itius Cæsius	287
A ufidiij duo	289
C . Atteius Pacuuius	290
F lavius Priscus	291
C inna	<i>cod.</i>
P . Cæcilius	293
S ulpitius Galba	294
A ntistius Labeo pater, & filius	398
C . Atteius Capito	306
	M. Coc̄

I N D E X

M. Cocceius Nerva pater, & filius.	318
Masurius Sabinus	319
Cassius Longinus	316
Aminius Rebius	328
Proculus	329
Cælius Sabinus	332
Sex. Pedijs	333
Pegasus	334
Priscus Iabolenus, & Plautius	335
Iuuentius Celsus, pater ac filius.	337
Neratius Priscus	339
Domitius Iabeo	341
T. Aristo	342
Alburnius Valens & Tuscianus	343
Vindius Verus, Vlpinus Marcellus	344
Arrianus	eod.
Tertullianus	345
Saluius Julianus	346
L. Volusius Metianus	348
Martianus Mauricianus	349
Serbidius Scæuola	350
Aemilius Papinianus	351
Fabius Sabinus	355
Domitius Vlpianus	356
Julius Paulus	361
Pomponius	364
	Hegen

Herennius Modestinus	365
Aliquót aceruatum	366
Tribonianus & socij	368

**AVTORES ADHIBITI
Latini.**

Cicero	quillus
C. Julius Cæsar	Iulius Frontinus
M. Varro	Iustinus
Liuius	Florus
Oratius & inter pretes	Aulus Gellius
Valerius Maximus	Spartianus
Paterculus	Lampridius
Asconius Pedias nus	Capitolinus
Seneca	Laetantius Firmia-
Persius	nus
Plinius Secundus	Aurelius Victor
Plinius Cæcilius	Eutropius
Silius Italicus	D. Augustinus
Iuvenalis	Orosius
Quintilianus	Macrobius
Cornelius Tacitus	Libri Legum
Suetonius Tran-	P. Victor.
	Festus Pompeius
	Diomedes
	Nouius

AUTORES LATINI

Nonius Marcellus	ptionum
Priscianus	Anastasius Bibliot.
Boetius	Politianus
Beda & Cassiodo- rus	Cotta
Marmora inscri- tus	Riuallius Allobrox
	Zafius

G R A E C I.

Polybius	Plutarchus
Dionysius Alicarn.	Appianus Alexan-
Diodorus Sicili- ensis	drinus
Strabo	Dion
Athenæus	Herodianus.
Philo Judeus	Eusebius
Iosephus Iudæus	Procopius
	Suidas

P E T R V S C V R S I V S

Quot ueterum iure insignes tegit Itala tellus,
Tot Rutili in lucem docta Minerua refert.
Horum clara licet iam facta aboleuerit ætas.
Et sua cum fastis nomina polluerit.
Et mirere, uni Hippolyto si reddit a quondam,
Mille simul si nunc reddit a uita uiris.

I A N V S V I T A L I S

Vivitur in cartis, Rutili felicius ipsis,
Cum uideant mortem marmora et æra suam,
Absumpsit priscos legum Libitina peritos,
Tu facis in scriptis uiuere et esse tuis.
Quam merito illi igitur dicent, æternior ære
Est tua, et æternis pagina marmoribus.

S C I P I O B O N G A L L V S

Abbas F.

Ecce Catonum Agmen, lucem, superosq; reuissit,
Ecce redit legum, rursum animosa cohors.
Ad Rodulphum ideo tam recto tramite pergunt,
Nam, qua illos ducit Rutiliana via est.

IVRIS CON

SVL TORVM VITAE, PER

Bernardinum Rutilium.

PAPIRIVS MAIOR.



A PIRIUS, siue,
ut tum loqueban-
tur Papisius inter
Ro. iuris peritos
principem locum
obtinuit, licet si iu-
ris ipos condito-
res recenseas, Nu-

ma Pópilius cæteriq Reges antea ciuita-
tem legibus instruxerint. Eum Pompos-
nius modo Sex. modo P. Dionysius nūc
C. nūc Maniū, uel (ut est in Græco Vatica-
no codice) Mamium Papirium appelle-
lant. Atque Pont-Max-ne, an Rex sacrifici-
culus fuerit, in incetto est. Nam Diony-
sius antiquitatum autor diligentissimus
eundem Papirium alibi Pont-alibi Re-
gem Sacrificulū nominat. Etenim cum
electione Regum mutato statu ciuitatis,
rerum diuinatū cura haberetur, seu quia

a quædam

quædam publica sacra per ipsos reges factata erat, nec ubi Regum desiderium esset, siue ut nomen Regum, qui profuisse plurimum Reip. uidebantur, in perpetuum seruaretur (nam utrumque traditur) iussi Pontifices atque augures ex senioribus aptissimum unum diligere, qui nullius rei præterquam diuini cultus potestatem haberet, ab omni alio civili bellicoque munere liber, Regis Sacrificuli titulo, ita ut id sacerdotium Pontificis sub hoc retetur ne additus nomini honos aliquid libertati, cuius tunc prima erat cura, officeret. Si ergo Mamium Papirium gente iam tum patricia, virum honesto otio ac quieti deditum, primum regem sacrificiorum creauere. Is quocunque præ nomine, quocunque sacerdotio praeditus, certe Papiriae gentis fuisse constat (quamuis

Glareani lapsus frustra apud Dionysium Glareanus ambiguat, & de immutanda lectione deliberet) in primis peritus iuris, leges omnes regias in unum contulit. Nam, cum ante Auncus Martius Rex Ro. leges sacras, à Numa latas, in desuetudinem iam abentes, reduxisset in ciuitatem, easque ex commentis

mentarijs Pontificum exscriptas, in fo-
to, tabulis querinis sculpras, proposuisset
electis inde regibus. Papirius hic sacras
omnes prophanasq; leges, à Regibus la-
tas, in usum publicum deduxit, conscri-
pro codice, quem postea Ius Ciuale Pa-
pirianum appellant, non quod ibi
quicquam de suo Papirius adiecerit,
sed quod leges uarijs temporibus latas,
& sine ordine apud Pontificū Commen-
taria delitescentes, in unū corpus cōposi-
tas inuulgauerit. Ex paulo post, cū duode-
cim Tabulæ ferrent, tributa lege abroga-
tæ sunt. Urbe inde à Gallis Senonibus ca-
pta atq; incēsa, simul cū cæteris ex illo in-
cédio cōquisitæ, et in uulgas æditæ, nisi si
que ad sacra pertineret. Ille enim à Pōtifi-
cibus maxime ut religione obstrictos ha-
beret multitudinis animos, suppressæ. Li-
ber uero ipse Papirij, uel ætate Pōponij
Iurecōsulti extabat. Vixit Papirius Tarq;,
nō Superbo regnante, & sub initia liber-
tatis Rom. Quo fit, ut aliū omnino hūc
esse existimem ab illis, Papirio prætexta-
to (quē quidā Cursoris filiū faciūt,) & L.
Papirio, qui pocillū mulsi, uel (ut Plinio

a * plas

placet) uini Ioui uouit: (fuit enim id **Cur**
foris uotum) & **Cn. Papirio** cum denti=
Zafij bus nato, quāuis aliter *Zasio* cōtra tem=
error porum fidem atq; ordinē placuerit. Dug
 etenim Papiriorū familię, **Patricia** una,
 minorum gentium altera plebeia Ro=
 mæ fuerunt. **Patricia** uarijs cognomini=
 bus clarissimos edidit uiros, **Mugilanos**,
Crassos, **Cursores**, **Massones**: in quibus
Cursorem illum, quem **Alexandro Ma=**
gno bellicis atque imperatorijs artibus
 anteponere **Liuius** non dubitat. Plebei
 minor gloria, nec sane utiles **Reipubli=**
cæ. **Carbones**, **Turdi**, **Pæti**, extiterunt.
 Ut **Cicero** quoq; non satis diligenter fe=

Ciceronis in-
diligentia.
Vide Inscriptiones maga-
riæ Epitomæ, quæst. lib. i.
Epist. 4.

cerit, quod primum patriciæ **Papirio=**
 rum familiæ numerauerit. **L. Papirium**
Mugilanum censorium.

A P P I V S C L A V D I V S

Decemuir.

E Claudiorum patricia gente duo in=
 ter consultos iutis censentur, Appius
 scilicet **Claudius Decéuir**, quē quidam
 Regillanum uocant, & is qui **Cæcus** &
 erat & uocabatur. Ea familia Sabina ori=
 gine fuit, ab eo propagata, qui **Clausus**
 apud

apud suos dictus, cum ea ḡes bellum in Romanos moliretur, ipse pacis author à turbatoribus pressus, nec factioni par, abs Regillo oppido magna clientium comitatus manu, Romā sexto ferē post exactos Reges anno trāsfugit. Huius ex filio Appio Cōsulari hoīe acri & plebi in festo Nepos Appius hic iuris peritus, familiæ gloriā afflixit magis quam honestauit. Patri tamen ad populum reo, ante iudicij diem, seu morbo seu sua manus extinto, pietatem egregie præstítit. Allato enim in forum cadavere, additis Consulibus ac tribunis postulauit, ut sibi de more laudare defunctum patrē pro concione liceret. Vocato a Cōsulibus ad concionem populo, cū Tribuni collaudationem impedire conarentur, denunciarenq; adolescenti ut mortuum de medio tolleret atq; auferret, plebs fraudari solenni honore supremum diem tanti viri noluit, & laudationem tam æquis auribus mortui audiuit, quām uiui accusationem audiuerat, & exequias frequēs celebrauit. Extabant & alia uarijs temporebus in Remp. collata ab Appio officia.

a , Cæterum

Cæterum post aliquot annos, cū propter intestinas discordias, quod Patres ferre plebiscita indignarentur, plebei se nimiu[m] premi patrum decretis fremeret, placuissest Populo Ro. leges à Græcis pe[ti] ciuitatibus, exq[ue] per legatos Ro. allatæ essent, intente instabant Tribuni plebis, ut tandem scribendarū legum initiu[m] fieret. Cōsules, ubi aliquandiu uarijs calum nijs rem inuisam patribus extraxere, tandem, ut in alios trāsferreret onus, comitia ante diem indicūt, successuros sibi ad legitimum tempus Consules creant Appiūm Claudiūm. T. Genutium. Ac, cum nihil o[ste]ni hilo æquiore animo diem solennem in eundis magistratibus plebs expectaret, Tribuni ad designatos præcipue Appiūm configuerunt, modo in concionibus, modo semotis orant arbitris, ut plebicō sulant, adduunt spem precibus, honores atq[ue] ingentes à plebe opes pollicēdo, donec peruincunt, ut legum conscriptio re præsentetur. Ceperat Appium cupido extraordinarij magistratus, quo leges patræ daret, futuras ciuilis cōcordiæ ac pa-
q[ue]s, iam pridē inter ordines labefactatæ perpe-

perpetuum stabilitamentum: preclaro me
diusfidius consilio, si non mox, potesta-
tis magnitudine nimium delectatus, ani-
mum ad tyrannidem cōuertisset. Igitur,
adducto in suam sententiam collega, uo-
catus sāpe in concionem à Tribunis ali-
quando processit, multisq; uerbis huma-
niter dissētuit, uehementer placere sibi at-
que item collegæ ferri leges, quę omnem
æqui boniç contentionem dirimerent,
idq; se sententiæ loco dicere, si potestate in
inito magistratu habeant, creaturos lato-
res fore, quando de legibus cōueniat, de
latore non esse diutius discrepandū, seu
de patrum, seu de plebis corpore place-
at. Quin agite (inquit) Cōsules, comitia
creādis latoribus legum indicite, me ac
collega (ut pro eo etiam spondeā) non
modo non aduersantibus, quin ex patrū
sententia eligantur, sed adiutoris etiā gra-
tiāq; insuper habituris singularē. Quod
si propter designatos nos nouum alium
inducere consulari potestate in Repu-
blicam magistratum ueremini, nihil im-
pedimento sumus, sufficiendis in locum
nostrum honore cedimus, modo id Se-

a 4 natus

VIII A P. C L A V D I V S

natus probet. Collaudante Appij oratio
nem uniuersa cōcione, uictus studio ple-
bis Sextius Consul, solus, quando mor-
bus collegam domi detinebat, Senatum
uocat, de legibus & rendis refert. Dictis
compluribus in utrāq; partem senten-
tijs, alijs peregrinas respuebant leges, ac
manendum patrijs institutis censemabant,
alijs tolli discordiarum causas placebat.
Vicit tandem Appij sententia, quam pri-
mus rogatus dixerat assentiente collega.
Placet creari decemviro sine prouocati-
one, qui confestim magistratum ineant,
& ne quis eo anno alias magistratus es-
set, utq; ij, ex patrijs institutis Græcisq; le-
gibus optima queq; diligentibus interpre-
tantesq; Reip. futura commodo iura cō-
derent ac dirigerent. Ea ita rata sanctaq;
futuris iudicibus & magistratibus fore, si
Senatus probasset, iussissetq; Populus.
Admiscerentur ne plebei, cōtrouersia ali-
quandiu fuit. Postremo concessum pa-
tribus, modo ne lex Acilia de Auentino
aliaeq; sacratæ leges abrogarentur. Perle-
sto in uulgu decreto, Tribuni effusi in
Senatus atq; Appij laudes, comitia indi-
cunt.

cunt. Ibi designati Consules magistratu
se abdicant. Ea adeo grata plebi mode
ratio fuit, ut legendis primoribus præci-
pua sit Appiij collegæq; ratio habita. Cre-
atis primo octo additi nobilissimi colle-
gæ. Ita post trecentesimum alterum con-
ditæ urbis annum nouus in Remp. ma-
gistratus inductus. Eius totius regimen
penes Appiū erat fauore plebis, adeoq;
nouum sibi ingenium induerat, ut plebi
cola repente omnisq; auræ popularis ca-
ptator euaderet pro truci seuq; insecta-
tore plebis. Ii cum decem tabulas legum
confecissent, eæq; apud Populum sanctitè
essent, uulgatur rumor, autoribus (ut qui-
dam ferunt) ipsis Decemviris, duas de-
esse tabulas, quibus adiectis absolui pos-
se uelut corpus omnis Rom. iuris. Ea ex-
pectatio, cum dies comitiorum appro-
pinquaret, desiderium Decemvirots ite-
rum creandi fecit. Ita maxima summo-
rum hominū contentionē, Appius quo-
que, cum diu dissimulasset ad excitans
dum plebis studium, dimissa iam in di-
scrimen dignitate, ea ætate, his honoris
bus actis stimulatas, in insequentem an-

a 5 num

num eandem, quā gerebat, potestatē pe-
 tit, tāta ambitione, ut nescires, utrū inter
 Decemviro, an inter candidatos nume-
 rares. proprietor interdū petendo, q̄ gerē-
 do Magistratui erat, criminari optimas-
 tes, extollere candidorū leuissimū quēq;
 humiliūq;, ipse medius inter Tribunitios
 Duellios, Iciliosq; in foro uolitare, per il-
 los se plebi uēditare, donec college quo-
 que, qui unice illi dediti fuerāt ad id tem-
 pus, cōiecere in eū oculos, mirātes quid
 sibi uellet, apparere nihil synceri esse, pro-
 fecto haud gratuitā in tanta superbia co-
 mitatem fore, nimiū in ordinē seipsum
 cogere, & uulgari cum priuatis, non tam
 properantis abire magistratu, quam ui-
 am ad continuandum magistratum que-
 rentis esse. Propalam obuiam ire cupi-
 ditati parum auſi, obsecundando molli-
 re impetum aggrediuntur. Comitorum
 illi habendorum, quando minimus na-
 tu sit, munus consensu iniungunt, ars ea
 hēc erat, ne semetipſe creare posset, quod
 præter tribunos plebis, & id ipsum pef-
 simo exemplo, nemo unquam fecisset.
 Ille enim uero, quod bene uertat, habitu-
 rum

rum se comitia professus, impedimentū
 pro occasione arripuit. Deiectisq; hono-
 re per coitionem duobus Quintijs, Capi-
 tolino, & Cincinnato, & patruo suo.
 Claudio constantissimo viro in optima
 tium causa, & alijs eiusdem fastigij ciui-
 bus, nequaq; splendore uitę pares, obstri-
 ctos sibi Decemviro creat, se in primis,
 haud secus factum improbabant boni,
 quam nemo facere ausurum crediderat.
 Creari cum eo M. Cornelius Maluginen-
 sis, M. Sergius, L. Minutius, Q. Fabius Vi-
 bulanus, T. Antonius Merenda, M. Ra-
 buleius. Additi, ut quidam autores sunt,
 plebeitres, Q. Petilius, Geso Duellius,
 Sp. Oppius Cornicen, dicente Appio,
 cum unus ille magistratus omnium au-
 thoritatem teneret, haud excludendam
 honore plebem, & si contra Senatus de-
 creuisset. Ille finis Appio alienæ perso-
 næ ferendæ fuit. Suo iam inde uiuere
 ingenio cœpit, nouosq; collegas iam
 prius quam initent magistratum, in su-
 os mores formare. Quotidie coibant re-
 motis arbitris, inde impotentibus instru-
 eti consilijs, quæ secreto ab alijs coque-
 bant

bant, iam haud dissimulādo superbiam
rari aditu, colloquentibus difficiles, ad
Idus Maias rem perduxere. Idus tū Mar-
tiæ solennes in eūdis magistratibus erāt.
Inde in plebem summo omnium cōsen-
su, fauentibus nobilibus adolescentibus
maxime sœvitū est, auctē secures, aucti fa-
sces. Cūq; iā maior pars Anni pcessisset,
& duæ tabulæ prioribus decē adiecte es-
sent, nulla tamē, seu preferendarū tabula-
rū, seu magistratuū creandorū gratia mē-
tio comitiorū siebat. Iāq; res spectare ad
tyrānidem uidebat, & idus Maiæ uene-
rat, nullis subrogatis magistratib. Priuati
pro Decemuiris, neq; animis ad imperiū
inhibendū imminutis, neq; ad speciem
honoris insignibus prodeūt. Id uero re-
gnum haud dubie uideri, deploratur in
in perpetuum libertas. Externi etiam ho-
stes spem uictoriæ in discordia Ro. col-
locantes, arma mouēt. Tandem coacto
belli gratia post longā intermissionem
Senatu, cum Appius caput malorum o-
mnium et collegij, lōga atq; accurata ora-
tione retulisset, ad extreumq; censuisse
haberi delectū, copiasq; ad urgēs bellum
extem-

exemplu*m* educi, ferunt L. Valerium Po*s*titum, prius quām ordine sententiæ ro*g*arentur, quasi in Appium dicturum sū*re* rexisse. Tum Appius, quod futurum erat suspicatus, transeunti: non est, inquit, locus dicendi tuus valeri, ubi rogandi*re* ordine sentetijs uentum ad te erit, post eos qui maiore ætate, maiore magistratu usi sunt, dices. Cumq*ue* ille nihilominus pos*tu*latet, ut de Repub*l* liceret dicere, prohibentibus minaciter Decemviris, proditurum se ad plebem denuntiās, tumulum exciuit. M. deinde Oratius Barbas*tus* atq*ue* alij quidam atroces liberasq*ue* sententias dicunt, in Appium præcipue inuesti. Donec ille irritatum Senatum ueritus, impetrato precibus filētio: Nemine*n*, inquit, uestrum P. C. fraudamus dicendi potestate, si dicturi ordine estis, sed intē*p*estiuos hosce atq*ue* importunos coherce mus. Neq*ue* est, quamobrem succenseatis. Erit Valerio, erit Oratio, ac deinceps a*lijs* suus dicendi locus, tantum ex ueteri instituto ordine rogati, ad id, quod in præsentia refertur, de bello dicāt. Quod si seditionem uagando serant, intelliges profecto

profecto. M. Orati nobis à populo Consularem Tribunitiamq; potestatem das. Necdum magistratus tempus excessit. Creati ad præscribendas leges sine certo die sumus, per latus legibus magistratu abibimus, eiusq; ratio exigenti dabitur. Ante Consularem tribunitiamq; potestatem neq; minuere, neq; decidere de iure nostro ac maiestate in animo est. Dicite per honorum atq; ætatis gradus de bello sententias, & qua potissimum ratione hostibus obsisti possit. Ac patruum primum appellans, dic, inquit, C. Claudi. Hic Claudius, qui sæpe Appio domum uentitans, exclusus per eius filios aditu, monere illum officij inter priuatos patres nunquam potuerat, de belli primum causis, de uastitate urbis ac solitudine dissetuit. Ad Appium inde cōuersus, orationem habuit precibus quam iurgio similiorem. Orabat Appium per sui fratris parentisq; eius manes, ut Civilis potius societatis, in qua natus esset, quam fœderis nefarie id cum collegis meminisset. Multo id magis se illius causa orare, quam Reip. quippe Remp. si à uolēti- bus

bus nequeat, ab inuitis ius expetituram. Sed ex magno certamine magnas excisi tari ferme iras, earum euentum se horre re. Cum aliud præterquam de quo retulissent, Decemviri dicere prohiberent, Claudiū interpellādi uerecūdia fuit, sententiā igit̄ peregit, nullū placere Senatus consultum fieri. Omnesq; ita accipiebāt, priuatos eos à Claudio iudicatos, multiq; ex Cōsularibus uerbis assentiti sunt. Aliæ inde à Consularibus dictæ sententiæ, quorum L. Cornelius Maluginēsis, M. Cornelij Decemviri frater, cēsuit, peracto demum bello, reddi ab Appio rationem oportere, utrum in annum Decemviro creasset comitijs suis, an donec leges quæ deerant perferrentur. Cæterum Valerio atq; Oratio Senatoribus uociferantibus, antequam de bello referretur, liberati Remp. oportere, aliaq; in eam sententiam inuidiosissime differenteribus. Appiusam prope esse ratus, ut nī violentiæ eorum pati resisteretur audacia, uictum imperium esset: Erit melius, inquit, nisi de quo consulimus, uocem non misisse, & ad Valerium negantem se pris-

se priuato reticere, lictorem accedere ius-
sit. Iam Quiritium fidem implorante Va-
lerio, à Curiæ limine, L. Cornelius cōple-
xus Appium, nō (quod simulabat) con-
sulendo, diremit certamen. ibi tum infit
Appius, De bello Aequo ac Sabino uoca-
ti in Senatum. P C. omnes supremi atq; in
fimi ordine rogati sententias dixistis,
Tres pronunciatae sunt: Claudijs, Corne-
lij, Valerij. Plurimi Cornelio palam af-
fensistis. Itaq; eius sententiam uicisse pro-
nuntio, eam mox scriptam audietis. Va-
lerius, quiq; ei assentiuntur, ubi consula-
tum gerent, diiudicatam rem ac uobis
omnibus probatam, si ita uidebitur, irri-
tam facient, & ad disquisitionem reuo-
cabunt. Scribam inde legere scriptam au-
toritatem iubet, qua delectum habeti,
belliç imperiū penes Decemuiros esse
inbebat. Ita cū libertas non ultra uocem
excessisset, Decemuiri propositum tenu-
ere. Dimisso Senatu, ac legionibus scri-
ptis, inter se comparant quos ire ad bel-
lum, quos præesse exercitibus oporteret.
Principes erant inter Decemuiros. Q. Fa-
bius & Appius Claudius, Bellum domi-
maius

maius quam foris apparebat. Appiū uio-
lentiam aptiorem rati ad comprimēdos
urbanos motus. Itaq; cæteris ad bellum
exeuntibus, Appius cum Sp. Oppio ad-
iutore, æquo omnium Decemvirorum
imperio, ad urbem ac tyrannidem tuen-
dam relinquitur. Rei foris cum hostibus
male gestæ, cædes Siccij clari militis ius-
su Decemvirorum addita, cum non des-
sisterent Appius Sp. q; monere collegas
arcans nuncij, ut quæsitis causis aduer-
fæ factionis illustres clam, palam obscu-
ros de medio tollerent. Arma intetim,
pecuniæ, commeatus, ceteraq; opportu-
na omnia ad exercitus summitti, publi-
cis simul priuatisq; bonis impotenter ab-
lati, succenturiatisq; ex omni tribu atq;
ætate, quæ ferremodo arma posset, in cę
forum locum. Percommoda urbis loca
occupari. Diligentissime animaduerti,
nequid moliri factio Valerij atq; Oratij,
quæ domi creuerat, posset. Ac nihil sc̄
lestia minus in urbe quam in castris faci-
nora edi. Post cædes Appium Claudiū
plebei e virginis stuprande libido cœpit.
Pater eius. L. Virginius honestum ordi-
b nem it

XVIII A.P. C L A V D I V S

nem in Algido, ubi tum erat bellum, ducebatur, ut exempli recti domi militiaeque, perinde uxori instituta fuerat, liberiisque insituebantur. Despouderat filiam. E: Icilio viro acri & pro causa plebis expertae uirtutis. Hanc uirginem adultam, forma excellentem conspicatus in ludo literario Appius, amore ardens, cum uxorem ducere, alij desponsam, sibi marito, plebeiam patricio neque licet neque liberetur, precio ac spe per internuncias ad nunticem famellas, cælato nomine, iactans modo opibus, pellicere adortus, post quam omnia pudore septa, & maiorem adhibitam puellæ custodiam animaduertit, ad crudelem superbamque uim animum conuertit. M. (alij. C. uocans) Claudio clienti, modum edocto, negotium dedit, ut uirginem in seruitutem assereret, neque cæderet secundū libertatem postulantibus vindicias, quod pater puellæ abesset, fore locum iniuriæ ratus. Virginem uenienti in forum (ibi namque in tabernis ludiliterarum erant) minister Decemviri libidinis, ingenti similiu m sui confidentium, scilicet & ad omne paratorum facinus,

facinus, comitatus globo, manum iniecit, serua sua natam seruamq; appellans, sequi q; se iubebat, cunctantem ui abstrahatur. Alij iam ludum ingressam ui ab reptam tradunt. Pauda puella stupente, ad clamorem nutricis, fidem Quiritium implorantis, fit concursus, Virginij patris, sponsiq; Iciliū populare nomen celebratur, notos gratia eorum, turbam in dignitas rei virgini conciliat. Jam à ui tua erat, cum assertor nihil opus esse multitudine concitata ait, se iure grassari non ui. Vocat puellam in ius. Autoribus qui adetant, ut sequeretur, ad tribunal Appij, ius tum sine collega dicentis, con quirentisq; pecuniam, peruentum est. Hic alijs ferunt, cum iam abduceretur à Claudio Virginia, concursu alienæ turbae exortum clamorem ac fremitum postulantum expectari propinquos virgines. Id cum decrevisset Appius, affuisse breui auunculum puellæ (auum hunc alij suisse scribunt) Numitorium, frequenti amicorum necessariorumq; stipatum manu, clarum ipsum inter plebeios, neque multo post sponsum
 b 2 Iciliū

XX A P. C L, A V D I V S

Iciliū, magna & ipsum plebeiax iuuens-
tutis caterua cinctum. Hunc, ubi ad tribu-
nal penē exanimatus uenerit, elata uoce
iussisse, quis uirginem ingenuam atre-
stare eſſer ausus, quidq; ſibi iſ uellet, effa-
ri. Cæterum ubi diſcrepat, nos Liuij ſeri-
em ſequimur. Igitur, ſilentio facto, ante
propinquorum aduentum, notam iudi-
ci fabulam petitor, quippe apud ipsum
autorem argumēti peragit, puellam do-
mi ſuæ ſerua natam, furtoq; inde in do-
mum Virginij trāslatam, ſuppoſitam ei
per uxorem eſſe, id ſe nouo iudicio com-
pertum afferre, probaturumq; uel ipſo
Virginio iudice, ad quem maior pars in-
iuriæ eius pertineat, interim dominū ſe-
qui ancillam æquum eſſe. Vades daturū
ſe ſiftendę quandoq; uirginis, ſeu re-
preſentari iudicium placeat, cauſam tum
dicturum. Addit preces plurimas, ne, q;
cliens Decemuirī, quodq; humili loco
ſit, eo minus ſuam ius contra potētiores
aduersarios teneat. Aduocati puelle (aut
ſecundum priorem ſententiam Numito-
rius) cum Virginium Reip. cauſa dixiſ-
ſent abeſſe, biduo affuturum, ſi nuncia-
tum

tum ei sit, iniquum esse absentem de libe-
ris dimicare, postulant, ut rem integrā
in patris aduentū differat, lege ab ipso
lata uindicias dē secundum libertatem,
neu patiatur uirginem adultam famē pri-
us, quām libertatis periculum adire. Ap-
pius decreto p̄fatus, quam libertati fas-
uerit, eam ipsam legem declarare, quam
Virginij amici postulationi suæ præten-
dant, cæterum ita in ea firmum libertati
fore p̄fidium, si nec causis, nec personis
uariet: in his em̄ qui afferantur in liberta-
tem (quia quiuis lege agete possit) id iu-
ris esse, in ea, quæ in Patris manu sit, ne-
minem esse alium cui dominus possessi-
one cædat. Placere itaq; patrem accersiri,
interea iuris sui iacturam assertorem non
facere, quin ducat puellam, sistendamq;
in aduentum eius, qui pater dicatur, pro-
mittat, eius se rei, & ut ex æquo discep-
tur, curam habiturum. Aduersus iniuriā
decreti cum multi magis fremerent q;
quisq; unus recusare auderet, P. Numinot-
rius & Sponsus Icilius interueniunt, da-
taq; inter turbam uia, cum multitudo Ici-
lij maxime interuētu resisti posse Appio

b 3 crederet

crederet, licet de cressere ait, uociferantēq^z
 Iciliū summouet. Placidum quoq^z in-
 geniū tam atrox iniuria accendisset, fer-
 ro hinc tibi summouēdus sum Appi, in-
 quīt, ut tacitū feras, quod cælari uis. Vir-
 ginem ego hāc sumi ducturus, nuptamq^z
 pudicam habiturus. Proinde quoq^z, o-
 mnes collegarū lictores conuocans, ex-
 pediri uirgas & secures iube, non manes-
 bit extra domū patris sponsa Iciliū, non,
 si tribunitium auxilium & prouocatio-
 nem plebi Romanæ, duas arces liberta-
 tis tuendæ ademistis, ideo in liberos
 quoq^z nostros coniugelq^z regnum uestre
 libidini datum est. Sæuite in tergum &
 in ceruices nostras, pudicitia saltem in tu-
 to sit. Huic si uis afferetur, ego præsentis-
 um Quiritium pro sposa, Virginius mi-
 litum pro unica filia, omnes deorum ho-
 minumq^z implorabimus fidem, neq^z tu
 istud unq^z decretum sine cæde nostra re-
 feres. Postulo Appi, etiam atq^z etiam cō-
 syderes, quo progrediare. Virginius ui-
 derit de filia, ubi uenerit, quid agat, hoc
 tantum sciat sibi, si huius vindicij cesse-
 rit, conditionem filiæ quærendam esse,
 me uin-

me vindicantem sponsam in libertatem
uita citius deseret quam fides. Concita-
ta multitudo erat, calumniator Claudi-
us ad pedes Appij trepidus refugerat, cer-
tamenq; instare videbatur, lictores Icili-
um circumsteterant, nec ultra minas ta-
men processum est. Appius primum ple-
bis rabiem ueritus, consilij inops obstu-
puerat. Claudio deinde ad tribunal uo-
cato, & cum eo pauca summissim collo-
catus, indictio silentio, conuersus ad tur-
bam: non Virginiam defendi ab Icilio,
sed inquietum hominem, & tribunatu-
etiam nunc spirantem, locum seditionis
querere, inquit, non prebiturum se illi eo
die materiam, sed ut iam sciret, non id
petulantiae suae, sed Virginio absenti &
patrio nomini & libertati datum, ius eo
die se non dicturum, neq; decretu inter-
positurum, à Claudio petisse ut deceder-
et de iure suo, vindicariq; puellam in po-
sterum diem pateretur: q; nisi pater po-
stero die affuisset, denunciare se Icilio si-
milibusq; Iciliij, neq; legi suae latorē neq;
Decemviro cōstantiā defore nec se utiq;
collegarum lictores conuocaturum ad

b 4 coercent

coercendos seditionis autores, contentū
 se suis lictoribus fore. Longiorem dilati-
 onem postulantibus puellæ defensoris-
 bus nihil respondit. Cum dilatum tem-
 pus iniuriæ esset, secessissentq; aduocati
 puellæ, placuit omniū p̄imum fratrem
 Iciliū, filiumq; Numitorij impigros iue-
 nes pergere inde recta ad portam, &
 quantū accelerari posset, Virginium ac-
 ciri è castris, in eo uerti puellæ salutem, si
 postero die uindex iniuriæ ad tempus
 præsto esset. Iussi pergunt, citatisq; equis
 nuncium ad parrem perferunt. Cum in-
 staret assertor puellæ, ut uindicaret, spon-
 soresq; daret, atq; id ipsum agi diceret Ici-
 lius, sedulo tempus terens, dum præripe-
 rent iter nuncij missi in castra, manus tol-
 lere undiq; multitudo, & se quisq; para-
 tum ad spondendum Icilio ostendere.
 Atq; ille lachrymabundus, gratum est,
 inquit, crastina die uestra opera utar,
 sponsorum nunc satis est. Ita uindicatur
 Virginia spondentibus propinquis. Ap-
 pius, ut alij tradūt, è uestigio, ut alij, paus-
 sis per moratus, ne eius rei caufsa sedisse
 uideretur, postquam omissis rebus alijs
 præ

præ cura unius nemo eum adibat, subla-
 ta sella domum se tristis atq; inflamma-
 tus cupidine recipit. Ibi anceps rem ani-
 ma uolutat, quo pacto productam po-
 stridie uirginem, si uadetur, ui atq; armis
 abducatur, maiori adhibita custodia, occu-
 patisq; circa tribunal armatorum clien-
 tum caterua locis, si forte ui atq; manu te-
 sistatur. Quod ut honestius, absente uirgi-
 nis patre, efficiat, ne is clam re cognita se-
 se è uallo proripiatur, collegis in castra scri-
 bit, ne Virginio commeatum dent, atq;
 etiam in custodia habeant. Et nequid ad
 intercipiendum hominem deesset, ex ur-
 be emissi alij, ferentem ab exercitu viam
 insident. Improbum consilium serum ac-
 uanum, ut debuit, suit, & iam, comireas-
 tu sumpto, profectus Virginius deuijs iti-
 netibus prima uigilia erat, cum postero
 die mane (alij paulo post eadē nocte au-
 tores sunt) de retinendo eo nequaquam
 literæ redduntur. At in urbe prima luce,
 cum ciuitas in foro expectatione erecta
 staret, Virginius sordidatus filiam secum
 absolata ueste, comitantibus aliquot ma-
 tronis, cum ingenti aduocatione in fo-

b s iiii

XXVI A P. C L' A V D I V S

rum adducit. Circumire ibi, & prehensa-
re homines cœpit, & non orare solum
precatiam opem, sed pro debita petere,
se pro liberis eorum ac coniugibus quo-
tidie in acie stare, nec alium virum esse
cuius strenue ac fortiter facta in bello plu-
ra in memorari possent, quid prodeesse, si
incolumi urbe, quæ capta ultima time-
antur, liberis suis sint patiēda: hæc prope
concionabundus circumibat homines.
Similia his ab Icilio iactabantur. Comis-
tatus muliebris plus tacitu fletu quām
ulla uox mouebat. Aduersus quæ om-
nia obstinato animo Appius indigna-
tus euasisse insidias Virginium (tanta
uis amentiæ uerius quām amoris men-
tem turbauerat) ingenti stipatus manu,
in tribunal ascendit, ac per propinquos
producipuellam iussit. Ibi ultiro queren-
te pauca petitore, quod ius sibi pridie per
ambitionem dictum non esset, priusquā
aut ille postulatum perageret, aut Virgi-
nio respondendi datetur locus (et si Dio-
nysius longam aduocatorum Virginiae
defensionem adscribit) Appius interfas-
tur. Quem decreto sermonem præten-
derit

derit, forsitan aliquem uetum autores an-
 tiqui tradiderint, quia nusquam illum
 in tanta fœditate decreti uerisimilem
 inuenit Liuius, quod constabat, nu-
 dum proposuit, decresse uindicias se-
 cundum seruitutem. Dionisius Appi-
 um tradit quasi ab alienato per amorem
 atq; impotentiam sensu, neq; defenso-
 rum puellæ orationem satis animaduer-
 tisse, neq; lachrymis Virginiae fractum;
 miserationem astantium indignabun-
 dum excepisse, prorsus quasi in durio-
 rem ipse amoris seruitutem tractus, ma-
 iore dignus omnium hominum miseri-
 cordia uideri debuisset. His percitum
 atq; ad insani morem extimulatum, im-
 pudentissime ea prælocutum, per quæ
 fictam à se calumniam aduersus uirgi-
 nem detegeret. Impetrato enim silentio,
 cum forensis omnis turba studio decre-
 ti tandem audiendi, ad tribunal undiq;
 concurrisset, ore huc illuc sæpe obuetso,
 ac familiariū, quibus forum repleuerat,
 cateruas lustrantē oculis, dixisse. Ego Vir-
 gini, quiq; cum eo adestis, haud nunc pri-
 mum hoc factum audio, ut quod iam
 diu

diu ante initum etiam Decemviritatum
 ita cognoverim. Pater Claudij moriens
 hunc mihi puerū in tutelam dedit, quod
 iam tum à maioribus familiam nostram
 coluerant. Per tutulæ tempus manauit
 ad me de puella ista rumor, ut eam à set-
 ua Claudij acceptā, Numitoria uiro sup-
 posuerit, idq; diligentius exquirens, ita se
 habere comperti. Cæterum præstare du-
 xi Claudio, ubi in suam tutelam perue-
 nisset, integrum relinquere, utrum abdu-
 cere ancillam, an apud altores seu preçio
 seu gratis esse mallet. Ego me interim ad
 Rempubl. conuerti. Clavius factus pu-
 bes, rem, ut sit, rationemq; familiarē re-
 cognoscēs, in indicū, ut ego antea, de an-
 cilla uenit. Aequum igitur postulat, cum
 seruam suam in seruitutem asserit. Mal-
 lem equidem rem esse transactam, sed
 quando in controuersiam & iudiciū ue-
 nit, ego & testor & iudico, Virginīā ad
 Claudiū pertinere. Primo stupor om-
 nes admiratione reitam atrocis defixit,
 silentium inde aliquandiu tenuit. Dein
 cum Clavius circumstantibus matronis
 sicut ad comprehendendam virginem, la-
 mentas

mentabilisq; eum mulierum comploratio excepisset, Virginius intentans in Appium manus: Icilio (inquit) Appi, non tibi filiam despondi, & ad nuptias, non ad stuprum educaui. Placet pecudum ferarumq; ritu promiscue in cōcubitus ruer: passuri ne hæc isti sint nescio, non spero esse passuros illos qui arma habent. Cum repelleretur assertor uirginis à globo mulierum circumstantiumq; aduocatorum, silentium factum per preconem, Decemuir, alienato ad libidinē animo, negat hesterno tantum conuicio Iciliū, violentiaq; Virginij, cuius testem Rom. Populum habear, sed certis quoq; iudicij compertum se habere, nocte tota cœtus in urbe factos esse ad mouendam seditionem, itaq; se, haud insciūm eius distinctionis, cum armatis descendisse, nō ut quenquam quietum uiolaret, sed ut turbantes ciuitatis otium, pro maiestate imperij coerceret. Proinde quiesce erit melius (inquit) lictor, summoue turbam, & da viam domino ad prehendum mancipium. Vos quibus nihil hic est negotij secedite. Cum hæc intonu
isset

isser plenus iræ , multitudo ipsa se sua
 sponte dimouit, desertaq; præda iniuriæ
 puella stabat . Tum Virginius , ubi ni-
 hilusquam auxiliū uidit , quæso , inquit
Appi , primum ignosce patrio dolori , si
 quid inclementius in te sum inuectus .
 Deinde finas hic coram uirgine nutriti-
 tem percunctari quid hoc rei sit , ut si
 falso pater dictus sum , æquiore hinc ani-
 mo discedam . Data uenia , seducit fili-
 am ac nutritem prope cloacinam ad ta-
 bernas , quibus post nouis fuit nomen ,
 atq; ibi ab Lanio cultro arrepto , hoc te
 uno quo possum , ait , modo filia inlis-
 bertatem uindico , pectus deinde puel-
 lae transfigit , respetansq; ad tribunal , te
 inquit , **Appi** , tuumq; caput sanguine hoc
 consecro . Clamore ad tam atrox faci-
 tuis orto , excitus Appius , indecoro mos-
 tu uerbisq; comprehendi Virginium iu-
 bet . Ille ferro quacunq; ibat uiam face-
 re , donec multitudine etiam prosequen-
 tiuムtuente , ad portam perrexit . Icilius ,
Numitoriusq; exangue corpus subla-
 tum ostentant populo . Scelus Appij , pu-
 ellæ infœlicem formam , necessitatem
 patris

patriis deplorant, sequentes clamitāt mā
tronæ, eam ne liberorum p̄trocēando-
rum conditionem: ea pudicitiæ præmia
esse: cæteraq; quæ in tali re muliebris do-
lor, quo est mestior imbecillo animo,
eo miserabilia magis querentibus subij-
cit. Virorum, & maxime Icilij, uox tota
Tribunitiæ potestatis, ac prouocationis
ad populum eruptæ, publicarumq; in-
dignationum erat. Concitatur multitus
do, partim atrocitate sceleris, partim spe
per occasionem repetendæ libertatis. Ap-
pius ubi hæc, quo se iam proripuerat, do-
mi audijt, incensus ira, lictores aliquot
mittit, per quos nunc uocari nunc retras-
stante atripi, & cadauer è foro tolli, pos-
stremo, cum locus adeundi apparitoris
bus non daretur, ipse cum agminę pa-
tricorum iuuenium, per turbam uadens,
in uincula duci iubet, & quam placare i-
ram turbæ debuit, saeuius agendo incen-
dit. Iam circa Iciliū non solum multi-
tudo, sed duces quoq; multitudinis erat
L. Valerius & M. Oratius, qui repulso li-
store, se iure agere, vindicare se à priua-
to Iciliū aiebant, si vim afferre conare-

tut

tur, ibi quoq; se haud impares fore. Hinc atrox rixa oritur. Valerium, Oratiumq; lictor Decēuiti inuadit, frangūtur à multitudine fasces. In concionem Appius ad Vulcani ædem ascendit, sequuntur Ora-
tius Valeriusq;, aut si Dionysium sequi-
munt, alibi concionem habent, eos cōcio-
audit. Decēuiro illos accusanti, & ut de-
rupe Terpeia præcipitarentur, censenti,
obstrepitur. Iam pro imperio Valerius
discedere à priuato lictores iubebat, cū
fractis animis destitutus Appius, uitę me-
tuens, in domum se propinqua foro, in
scījs aduersarijs, capite obuoluto rece-
pit. Concitatis inde ea te militibus per a-
trociſſimas concioneſ in utrisque caſtriſ
à Virginio, Numitorio, Icilio habitas,
occupatoque Auentino, & mox sacro
monte, ac uiginti tribunis consulari po-
testate creatis, missisq; à Senatu ad mi-
lites legatis ad cætera, de supplicio De-
cemvitorū agebatur. Sed persuasa plebs
monitis legatorum cessit. Relatis ad Pa-
tres plebis mandatis, aliij Decemviri,
quandoquidem, præter spem ipsorum,
ſupplicij ſui nulla mentio fieret, haud
quic

quidq; abnuere. Appius truci ingenio, &
inuidia præcipua, odium in se aliorū suo
in eos metiens odio : haud ignaro (inqt)
imminet fortuna, uideo donec arma ad
uersarijs tradantur, differri aduersus nos
certamen, dandus inuidiæ est sanguis, nī
hil ne ego quidem moror, quo minus
Decemuiratu abeam. Factū senatuscon-
sultū, ut Decemuirise primo quoq; tem-
pore magistratu abdicarent, Q. Furius
Pont. Max. tribunos plebis crearet, & ne
cui fraudi esset secessio militum tribuno-
rum plebisq;. His senatus consulto perfe-
ctis, dimisso senatu, Decemuiri prodeūt
in concionem, abdicantq; se magistratu,
ingenti omnium lætitia. Post modo, re-
uocata in urbem plebe, creatis in decem
tribunis Virginio, Icilio, ac Numitorio,
fundata novis legibus & potestate tribu-
nitia & plebis libertate. Tum tribuni ag-
gredi singulos tutum maturumq; iam ra-
ti, accusatorem primum Virginiu, & Ap-
pium reum deligunt. Cum diem Appio
Virginius dixisset, & Appius stipatus pa-
tricij iuuenibus in forum descendisset,
redintegrata extemplo est omnibus me-
c moria

moria fœdissimæ potestatis, cum ipsum
 satellitesq; eius vidissent. Tum Virginis
 us, oratio (inquit) rebus dubijs inuenta
 est, itaq; neq; ego accusando apud uos eū
 tempus teram, à cuius crudelitate uos
 metipsi armis vindicatis, nec istum ad
 cætera scelera impudentiā in defenden-
 do se adjicere patiar. Omniū igitur tibi
Appi Claudi, quæ impiè nefarieq; per bi-
 ennium alia super alia es ausus, gratiā fa-
 cio, unius tantum criminis nisi te vindic-
 ces, ab libertate in seruitutem cōtra leges
 uindicias non dedisse, in vincula te duci
 iubeo. Nec in tribunio auxilio Appius,
 nec in iudicio populi ullam spem habe-
 bat, attamen & tribunos appellavit, &
 nullo morante arreptus à viatore, pro-
 uoco inquit. Audita uox una uindex li-
 bertatis, ex eo missa ore, quo uindicien-
 per ab libertate distæ erant, silentium fe-
 cit. Et dum pro se quisq; deos tandem
 esse & non negligere humana tremunt,
 & superbiæ crudelitatiq; seras nō tamen
 leues uenire pœnas, provocare, qui pro-
 uocationem sustulisset, & implorare præ-
 sidiū populi, qui omnia iura populi ob-
 trumperet,

trisset, rapiq; in uincula egentem iure li-
 bertatis, qui liberum corpus in seruitute
 addixisset. Ipsius Appij, inter concionis
 murmur, fidem populi Ro. implorans
 tis, uox audiebatur, maiorum merita in
 Remp. domi militie p; commemorabat,
 suum infelix erga plebem Ro. studium,
 coæquandarum legum caussa, cum ma-
 xima offensione patrum consulatu abis-
 set, suas leges, quibus manentibus lator-
 earum in uincula ducatur. Ceterum sua
 propria bona malaq; cum causæ dicendæ
 data facultas sit, tum se experturum, in
 præsentia se communi iure ciuitatis, cis-
 uem Ro. die dicta postulare, ut dicere li-
 ceat, ut iudicium populi Rom. experiri.
 Non ita se inuidiam pertinuisse, ut nihil
 in æquitate & misericordia ciuium suo-
 rum spei habeat; quod si indicta causa in
 uincula ducatur, iterum se tribunos ple-
 bis appellare, & monere, ne imitentur
 quos oderint. Quod si tribuni eodem scœ-
 dere obligatos, se fateant tollendæ appel-
 lationis causa, in quod cōspirasse Decem
 viros criminati sunt, ait se prouocare ad
 populū, implorate leges de pruocatione,
 & con-

XXXVI A.P. CLAVDIVS

& cōsulares & tribunicias, eo ipso anno
latas. Quem enim prouocaturūm, si sibi
indēnato iudicata cauſsa nō liceat: Cui
plebeio & humili præſidium in legibus
fore, si Ap. Claudio non sit: se documen-
to futurum, utrum nouis legibus domi-
natio an libertas firmata sit, & appella-
tio prouocatioꝝ aduersus iniuriam ma-
gistratum ostentata tantum in anibus li-
teris, an uere data sit. Contra ea Virginis-
us, unum Ap. Clodium & legum exper-
tem & civilis & humani fœderis esse aie-
bat, respicerent tribunal homines, castel-
lum omnium scelerum, ubi Decemuit il-
le perpetuus, bonis, tergo, sanguini ciuiā
infestus, uirgas securesq; omnibus mini-
tans, deorum hominumq; contemptor,
carnificibus non li&toribus stipatus, iam
ab rapinis & cædibus animo ad libidinē
uerso, uirginem ingenuam in oculis Po-
puli Ro. uelut bello captam, à complexu
patris abreptam, ministro cubiculi sui clí-
enti dono uindicij dederit, ubi crudeli
decreto nefandisq; uindicij dexteram
patris in filiam armauerit, ubi tollentes
corpus semianime uirginis, spousum
auumq;

auumq; in carcerem duci iussetit, stupro
 interpellato magis, quam cæde motus,
 & illi carcerem ædificatū esse, quod do-
 micilium plebis Romanę uocare sit solis-
 tus. Proinde, ut ille iterum ac sæpius pro
 uocet, sic se iterum ac sæpius iudicem illi
 ferre, uindicias ne ab libertate in seruitu-
 tem dederit, si ad iudicem non eat, pro
 dānato in uincula duci iubere. Ut haud
 quoquam improbante, sic magno mo-
 tu animorum, cum tanti viri suppicio
 sua & plebi iam nimia libertas uideres-
 tur, in carcerem, non acceptis uadibus,
 est coniectus. Tribunus ei diem prædictum.
C. Claudio perosus Decemvirorum sce-
 lera, & ante omnis fratris filij superbiæ
 infestus, Regillum antiquam in patriam
 se contulerat. Is magno iam natu, cum
 ad pericula eius deprecanda redisset, cu-
 ius uitia fugerat, sordidatus cum gentili-
 bus clientibusq; in foro prehensabat sin-
 gulos, orabatq;, ne Claudiæ genti eam
 ingratam maculam uellent, ut carcere &
 uinculis uiderentur digni, virum hono-
 ratissimę imaginis futurum ad posteros,
 legum latorem, conditoremq; Romani

c 3 iuris,

iuris, iacere uiinctum inter fures nocturnos ac latrones: auerteret ab ira parum per ad cognitionem cogitationemq; animos, & potius uiuum tot Claudijs de precantibus condonaret, quam propter unius odium multorum preces aspernarentur. Se quoq; id generi ac nomini dare, nec cum eo in gratiam redisse, cuius aduersae fortunæ uelit succursum, uirtute libertatem recuperatam esse, clementia concordia ordinum stabiliri posse. Erat quos moueret sua magis pietate, quam eius, pro quo agebat, causa. Sed Virginius, sui potius ut misererentur orabat filios, nec gentis Claudiæ regnum in plementem fortitiae, sed necessariorum Virginij, & trium tribunorum preces audirent, qui ad auxilium plebis creati, ipsi plebis fidem atq; auxilium implorarent. Iustitores hæ lacrymæ uidebantur. Itaq; spe incisa, prius quam prædicta dies ad esset, Appius sibi manu laqueoue morte consciuit. Alijs placet, cum Tribunorum iussu extinctus esset, uoluntariam uim ad declinandam inuidiam tribunos ihuus gasse. Arresto inde in carcereim, & easdem

dem fato functo collega Appij Oppio, bona utriusq; à Tribunis publicata sunt; Cæteri Decemviri, confiscatis bonis, ex ilij caussa solum uerterunt. Et M. Claudius assertor Virginie die dicta damnatus, ipso remittente Virginio ultimam pœnam dimissus, Tibur exulatum abiit, manesq; Virginie mortuæ quam uiuæ fœliciores, per tot domos ad petendas pœnas uagati, nullo relicto sonte, tandem quieuerunt, ac Resp. post duorum triumue annorum Tyrannide suum statum recepit. Reliquit Appius Decemvir inter liberos filium Appium, qui post aliquot annos prefectus urbis fuit, et eodem prænomine nepotem, cognomento Crassum, uel patrem, uel auum Cæci, cuius uita subditur, ita ut è malo patre haud pœnitendi patriæ posteri prouenerint, omnes tamen penè hæreditario odio plebi atrociter infesti. Ab hoc Decemviro librum de usurpationibus, qui ad sua tempora nō peruerterit, scriptum dici autor est Pomponius, si tamen satis integer est ille locus.

XL A P. C L A V D I V S

A P P I V S C L A V D I V S

Cæcus.

Ex eadē gente Appius Claudius Crassus Cæcus, centum circiter triginta post Decemviro ratū annis floruit, eius pro nepos, aut (parum enim constat) abnepos. Celebris maxime eius censura fuit L. Papirio Cursore. v. C. Junio Bubulco. ij. Coss. Collega ei datus C. Plaucius, in alijs L. Claudium, apud alios C. Fabium, qui ob inquisitas aquæ uenas Venox cognominatus sit, inuenio. Tantacodicum uarietas deprauatis proprijs nominibus implicat. Nam, quod illis temporibus censura sesquianualis erat, quibus etiam consulibus quidq; gesserit, inter autores uariat. Plures illis consulibus, alij sequentibus, aquam Appiam inductam ab eo ferunt. Verum (quocunque anno gesta res sit) cum per annos quadringentos quadraginta amplius Tiberinis aquis aut puteorum ac fontium contentus Populus Romanus fuisset, primus Appius, ut populo gratam rem faceret, Appiam à se dictam aquam in urbem innexit. Collegam alij

alij obsecutum Appio, alij nullā partem
operis tractasse. Quidam uenastantum
ad inuenisse, priusquam se magistratu ab
dicaret, autores sunt, attamen nomē Ap-
pī gloriæ mansisse. Ea aqua decem mil-
libus amplius, aut(ut quidam) sex aut o-
cto, procūl urbe petita. Quod opus ma-
gno sumptu constitit, ac sine autoritate
Senatus, inuita nobilitate, ab Appio a-
etum. Aquæductus formam, à Frontino
traditam, transcribere non libuit. Viam
inde Appiam, unde & portæ nomē, que
aliter Capena, Roma Capuam usq; cen-
tum triginta quinq; millibus passuum am-
plius muniit, eiusq; partem plurimam,
lucis, qui eminerent, excisis, uallibus ca-
uisq; per opportuna explementa com-
planatis, solido lapide ac silicibus longe
conuectis, quadratisq; ac levigatis, atq;
inter se apte ac quasi ad naturalem specie
coagmentatis constrauit. In quo prouen-
tus omnes publicos insumpdit, æt etnum
sui ea publici commodi curatione moni-
mentum relicturus. Siquidē ea deinde
via Brundisiū usq; strata, itinere in Græ-
ciam atq; orientem maxime frequenta-

C 5 ta est.

ca est. Neq; tamen ab Appio ultra Capuam, ut Diodorus Siculus libro uigesimo quem nos Latinum fecimus, & Frontinus tradunt. Neq; Strabo autorem eius monumenti Brundusium usq; facit Appium, in quo ridicula est Zafij interpretatione, parum interesse existimantis, utro cunq; usq; stratum dicamus, propter minimam locorum distantiam, cum lōgicus absit Capua Brundusium, q; à Roma Capua. Quod tamen negamus Strabo nē scribere, tradit aperite autor eius opusculi, quod extat de uiris illustribus, pa rum, (ut mihi quidem uidetur) certa in multis historiæ fide. Latitudo uiæ certior, ita namq; patuit, ut plaufra duo sibi occurrentia laxe peruadant. Durat in hodiernū ferendo oneri pares uiæ reliquæ, adeo in tantis opibus nemo postea equa re eius monumenti uel firmitudinem uel speciem potuit. Appius, ne non qua cunq; in re posset nobilitati insultare, in legendo etiam Senatu plebeios quoq; libertosq;, uel ut tradit Suetonius ingenuos libertinos ex manumissis ortos multos immiscuit, nobilibus honestisq; ciuibus

Zafij
error

Error auto=
ris opusculi
de uiris illu= stribus

bus (quorum is quasi solennis erat hos nos) præteritis. Ad hæc infame nullum Senatu mouit, quod facere Censores so lebant. Cuius inuidiæ uerecundia uictus collega magistratu sese abdicauit. Appius inde antiquitus insitam pertinaciam familiæ gerendo, solus censuram obtinuit. Et eo autore, corrupta precio quinqua ginta millium grauis æris Poticia gens, cuius ad aram maximam Herculis familiare sacerdotium iam inde ab Euandro dono Herculis ipsius, multis ante urbem cōditam annis fuerat, seruos publicos, ministerij delegandi causa, solennia eius sacri docuerat. Traditur inde d. cū mirabile, & quod dimouendis ritu suo sacrī religionē afferre facile possit, cum duodecim familiæ ea tempestate Poticiorum essent, puberes ad triginta, omnes intra annum trigesimumq; adeo intra diem cum stirpe extinctos, nec nomē tantū Poticiorum interisse, sed céforem etiam Appium memori deū ita post alii quot annos luminibus captū. Quidam eum expiato magistratu, ut Senatus inuidiam declinaret, cæcitatem simulasse,

ac se

ac se domi continuisse, Autores sunt: qui
bus tamen in re Ro. haud plusquam La-
tinis habeas fidei. Sed insecuri Coss. ini-
tio anni questi apud populū, deformas-
tum ordinem praua lectione Senatus,
qua potiores aliquot lectis præteriti es-
serit, negauerunt eam lectionem se, quæ
sine recti prauicq; discrimine ad gratiam
ac libidinem facta esset, obseruatos, &
Senatum extemplo citauerunt eo ordia-
ne, qui ante cœsores Appium Clodium
& C. Plautinum fuerat. Verum Appius,
posteaquam eam lectionē nemo ratam
habuit, nec in curia adeptus erat, quas
petiverat opes urbanas, humilibus per
omnes tribus diuisis, forum & campum
corrupit. Potestatemq; omnibus, in qua
quisq; tribu ponit, & ubi cœseri uellet, esse
cit. Ea forensis factio quinto post anno
C. Flauium Gn. filium scribam Aedilem
curulem dixit. Quæ comitia tantum in
dignitatis habuerunt, ut plæriq; nobiliū
annulos aureos deponeret & phaleras.
Apud quosdam creatū Aedilem ab Apa-
pio censore Flauium inuenio, eumq; Apa-
pij scribam fuisse, & hortatu eius fastos
dies

dies excepisse, consultando assidue saga
ci ingenio promulgasseq;. Alij cum Ap-
pius ipse composuisset, & ad formam re-
degisset legitimas actiones, subripuisse
Flauium Appio librum ac populo tradi-
disse ferunt, ac licet de suo nihil adieci-
set, sed Appij labore compositæ conscri-
ptæq; actiones essent. Ius tamen Flauia-
num esse appellatū, fuisseq; eius rei gra-
tia non modo Aedilem, sed & Senatorē
& Tribunum ac Prætorē etiam factum.
Sed nos Liuium præcipue sequimur. His
igitur rebus conflatam sibi apud clarissi-
mos viros inuidiam sentiens Appius, ca-
uit, ne quem aliorum ciuium offenderet
propugnaculum sibi aduersus odia nobis-
ium in uulgarium benevolentia collo-
cans. Recensendis enim equitibus nemis
ni equum ademit. Tibicines tantum pro-
hibuit in æde Iouis uesci, quod traditum
antiquitus erat. Illi ægre passi Tybur uno
agmine abierunt, uixq; per somnum in
plaustris reuecti, restituto iure, auctaq; li-
centia retenti sunt. Illud minime ambigi-
tur, secundo censuræ anno, cum permul-
ti iam anni essent, ex quo inter patricios
magistras

XLVI A P. C L A V D I V S

magistratus tribunosq; nulla certamina fuerat ex ea familia, que uelut fatalis cum Tribunis ac plebe erat, certamen ortum. Cum enim decē iam & octo legitimis cē suræ mēsibus exactis, nulla ui Appius ad deponendum eum magistratum compelli posset, P. Sempronius Sophus, qui tum Tribunatum gerebat, longa habitatione, minime parentem Appium prehēdi & in uincula duci iussit. Approbantibus sex Tribunis actionem, collegæ tres appellanti Appio auxilio fuerunt, summaq; inuidia omnium ordinum solus censuram quinquennio (quod initio spatium eius honoris fuerat) gessit. Neq; prius dimoueri honore potuit, quam Consul cum L. Volumnio est factus, interpellatis tamen comitijs per L. Furium Tribunum plebis, donec se censura abdicaret. Creatus Consul, ne imperium Fabio prioris anni Consuli in suū annum a Senatu prorogaretur, omni studio instantium annis est. Et cum collegæ nouum bellum Salentini hostes decernes rentur, quando belli decus penes alios esset, Romæ administrandis rebus ut banis

banis mansit. Nec quicquam eo magistratu memoria dignum ab eo gestū traditur. Quin Piso in digerendis annalibus, hos Coss. & insequētes numero exemit, memoriae ne lapsu, an quod falsos putarit, incertū. Cæterū sexto post anno, suscepta à Tribunis cōmunicandorum plebeis hominibus sacerdotiorum, quæ ad eam diem propria nobilium manserant, actione, præter cæteros certatum suadenda dissuadendaq; lege inter Ap. Claudiū maxime ferunt, & inter P. De ciūm Murem. Ad extrellum Decius obtinuit ut plebs quoq; in partem sacerdotiorum admitteretur, sicut antea Cōsula tus, Censuræ, Dictaturæ ius impetratum fuerat, tametsi is qui Vitas illustrium uititorum conscripsit, falso tradat, eam contentionem de Consulatu fuisse. Permulsos enim ante Appium Cæcū annos ea disceptatio extiterat. Proximo anno Ap. pius comitorum gratia interregnū gesit, à quo tamen non habita comitia indicare uidetur Liuius, sed à Sulpitio, qui successit in interregnum. Cæterū grauis autor Cicero in Bryto ait, interrege Ap. pio

pio Cæco, diserto homine, comitia contra leges habente, cū de plebe Cōsulem non accipiebat, Marcum Curium Tribunum plebem patres ante autores fieri cogisse, quod fuerit permagnū nondum lege Mænia lata. Triennio post, cū Consulū comitijs summo studio Q. Fabius à cunctis centurijs crearetur, Appius Consularis candidatus, uit acer & ambitionis, non sui magis honoris causa, quā ut Patricij recuperarent duo consularia loca, cum suistum totius nobilitatis viribus incubuit, ut se cum Q. Fabio Consulem dicerent. Cum ille recusasset Consulatum, L. Volumnius de plebe cum Appio Claudio Cōsul est factus, priore item consulatu inter se comparati. Nobilitas inde obiectare fabio, fugisse eum ne Appium Collegam haberet eloquentia cui libusq; artibus haud dubie præstantem. Eo anno Resp. in Samnio egregie gesta, multæ urbes captæ, multa millia hominum cæsa captaq;. Cæterum, quia cuius auspicijs id bellum gestum sit, ac maior pars scriptorum ad Consules utrosq; trahit, non est uisum Appio ascribere, cum præset;

præsertim certis ipse rebus clarus illus-
 trisq; abunde sit. Eodē namq; anno cons-
 citato in Etruria quatuor maximorū per
 Italiam ea tempestate populorū, Samni-
 tium, Etruscorū, Gallorū, Vmbrotumq;
 bello, Ap. Claudium primo quoq; tem-
 pore in Etruriam ire placuit: duę Roma-
 nāe legiones secutæ, prima & quarta &
 sociorum duodecim millia, castra haud
 procul ab hoste posita. Cæterum magis
 eo profectum est, quod mature uentum
 erat: ut quosdam spectantes iam arma in
 Etruria populos metus Romani nomi-
 nis comprimeret, quā quod ductu Coss.
 quidq; ibi satis scite aut fortunate gestum
 sit. Multa prælia locis & temporibus ini-
 quis commissa, spesq; indies grauiorem
 hostē faciebat: & iam prope erat, ut nec
 duci milites, nec militibus dux satis fide-
 ret. Literas ad collegam accersendum ex
 Samnio missas in trinis annalibus inuen-
 io: piget tamen incertum ponere, cum
 ea ipsa inter Coss. populi Ro. iam iterum
 eodem honore fungentes discrepancio fu-
 erit, Appio abniente missas, Volumnio
 affirmante Appij se literis accitum. Iam
 d Volumni

L. A P. C L A V D I V S

Volumnius in Samnio tria castella cæperat, in quibus ad tria millia hostium cæsa erant, dimidium ferè eius captum. Et Lucanorum seditiones, à plebeis & egenitibus ducibus ortas, summa optimatiū uoluntate per Q. Fabium proconsulem, missum eo cum ueteri exercitu, cōpresserat. Decio populandos hostium agros relinquit, ipse cum suis copijs in Etruriam ad collegam pergit. Quem adueniētem letiomnes accepere. Appium ex cōsciencia sua credo animum habuisse haud immerito iratum, si nihil scripserat: illiberali & ingrato animo, si eguerat ope, dissimulantem. Vix enim salute mutua redita, cum obuiam egressus esset: satis salute, inquit, Luci Volumni: ut sese in Samnio res habent: quæ te causa, ut prouincia tua excederes, induxit: Volumnius in Samnio res prosperas esse ait, literis eius accitū uenisse, quæ si false fuerint, nec usus sui sit in Etruria, extemplo cōuersis signis abiturum. Tu uero abeas (inquit) neq; te quisq; moratur. Etenim minime consentaneū est, cum bello tuo forsitan uixuficias, hic te ad opem ferēdam alijs glorificias.

glosati

tiari uenisse. Bene Hercules uerteret, dicitur Volumnius, malle frustra operam insumptam, quam quidque incidisse, cum non satis esset Hetruriæ unus consularis exercitus. Digredientes iam Coss. legati tribunique ex Appiano exercitu circunfistunt, pars imperatorem suum orare, ne collegæ auxilium, quod accipiēdum ultro fuerit, sua sponte oblatum spernentur: plures abeunti Volumnio obſistere atque obtestari, ne prauo cum collega certamine Rempub. prodat. Si qua clades incidisset, desertori magis quam deserto noxiæ fore: eo rem adductam, ut omnis rei bene aut secus gestæ in Hetrutia, descus dedecusque ad L. Volumnium sit de legatum: neminem quæſiturum, quæ uerba Appij, sed quæ fortuna exercitus fuerit: dimitti ab Appio eum, sed à Rep. & ab exercitu retineri, experiretur modo uoluntatem militum. Hæc monendo obtestandoque prope restitantes Coss. in concionem pertraxerunt. Ibi orationes longiores habitæ in eandem fermè sententiam, in quam inter paucos certas tum uerbis fuerat. Et, cum Volumnius

dicitur cauſa

caussa superior, ne infacundus quidem aduersus eximiam eloquentiam colleg*e* uisus esset, cauillásqz Appius sibi acceptū referri diceret debere, quod ex muto atqz elingui facundum etiam Cos. haberent; priore consulatu primis utiqz mensibus hincere eum nequissime, nunc iam populares orationes ferere. Quam mallem (inquit Volumnius) tu à me strenue facere, quam ego abs te scire loqui didicissem. Postremo conditionem ferre, quæ decreta sit, non orator (neqz enim id desyderare Remp.) sed imperator uter sit melior: Hetruriam & Samnium prouincias esse, utram mallet, eligeret: suo exercitu se uel in Hetruria uel in Samnio tempestivum. Tum militum clamor ortus, ut simul ambo bellum Hetruscum suscipiantur. Quo animaduerso consensu, Volumnius, quoniā in collegæ uoluntate interpretanda, inquit, errauit, non cōmitatam, ut quid uos uelitis obscurū sit, manere an abire me uelitis, clamore significare. Tum uero tatus est clamor exortus, ut hostes è castris exciret. Armis arreptis in aciem descēdunt, & Volumnius signa canete

canere, ac uexilla efferti è castris iussit. Ap-
pium addubitasse ferunt: cernentem seu
pugnante seu quieto se fore collegæ ui-
ctoriam deinde ueritum, ne suæ quoq; le-
giones Volumniū sequeretur, & ipsum
flagitati bus suis signum dedit. Ab neu-
tra parte satis cōmode instructi fuerunt.
Nam & Samnitium dux Gellius Egnati-
us pabulatum cum cohortibus paucis ie-
rat, suoq; impetu magis milites, quā cu-
iusquam ductu aut impetio pugnam ca-
pessabant. Et Romani exercitus nec pari-
ter ambo ducti, nec satis temporis ad in-
struendum fuit: prius concurrit Volum-
nius, quām Appius ad hostem perueni-
ret. Itaq; fronte inæquali concursum est,
& uelut forte quadam mutante assuetos
inter se hostes, Hetrusci Volumnio, Sam-
nites parūper cunctati, quia dux aberat,
Appio occurtere. Dicitur Appius in me-
dio pugnæ discriminé, ita ut inter prīma
signa manibus ad cœlum sublati conspi-
ceretur, ita precatus esse. Bellona, si ho-
die nobis uictoriā dederis: ast ego tibi
templum uoueo. Hęc precatus, uelut in-
stigante Dea, & ipse collegæ, & exercitus

d 3 uirtutem

LIII A P. C L A V D I V S

virtutem adæquauit Ducis. Imperatoria
 opera exequitur, & milites , ne ab altera
 parte prius uictoria incipiat, annituntur.
 Ergo fundunt fugantq; hostes, maiorem
 molem haud facile sustinentes , quam
 cum qua manus conserere assueti fue-
 rint. Vrgendo cedentes , inseguendoq;
 effusos, cōpulere ad castra . Ibi interuen-
 tu Gelij cohortiumq; Sabellarum paulis
 sper recluduit pugna : ijs quoq; mox fu-
 sis, iam à uictoribus castra oppugnabantur,
 & cum Volumnius ipse portæ signa
 inferret, Appius Bellonā uictricem iden-
 tidem celebrans, accēderat militem ani-
 mos : Per uallum , per fossas irruperunt
 castra capta direptaq;: præda ingens par-
 ta & militi concessa est. Septem millia ac
 trecenti hostium occisi, duo millia & cen-
 tum uiginti capti. Inde reuocatus nouis
 Samnitium tumultibus , Volumnius au-
 daciores Tuscos fecit. Itaq; redintegratum
 bellum : Idem populi sollicitati
 congregariq;. Qua de re indictum Ro-
 mæ iustitium, delectus studiose habiti.
 Crebræ afferebantur literæ Appij, mos-
 tentis, ne regionis eius motum negli-
 gerent,

gerent, quatuor gentes conferre arma,
 Hetruscos, Samnites, Vmbros, Gallos.
 Iam castra bifariam facta esse, quia unus
 locus capere tantam multitudinem non
 posset: Ad hæc iam appetebat tempus
 comitiorum. Igitur creatis consulibus
 summis duobus uiris in Repub. sæpe
 alias collegis: quòd ex discordia Consul-
 lum prioris anni magnopere periclitas-
 tum fuerat. Appius ad uerborum lin-
 guæq; certamina quam armorum ex-
 pertior, callidus, solersq; Iuris atq; elo-
 quentiæ consultus, ut Iuri ac foro præsi-
 deret, prætor absens ad iura reddenda
 creatus est. Fabius alter consulum, cui
 Hetruria prouincia data, literis Appi
 de periculo ac magnitudine belli sæpe
 recitatis, in Hetruriam proficiscitur, &
 ad opidum Aharnam, unde haud pro-
 cul hostes erant, ad castra Appi præto-
 ris pergit, paucis citra millibus lignato-
 res ei cum præsidio occurruunt: cumq; ius-
 si à Fabio retro redissent, terrorem in ca-
 stris atq; ipsi Appio fecerunt. Appius
 prætor postridie Romam dimissus, pau-
 lo post relatione sua, qua ad senatum

d 4 belli

LVI A P. C L A V D I V S

belli pondus auxit, Fabium eodem retraxit, ut quidam autores sunt, quasi dux unus suffecturus non esset, neq; exercitus unus aduersus quatuor populos: periculosem esse, siue iuncti unum premant, siue id diuersi gerant bellum, ne ad omnia simul obire unus non possit, duas se ibi legiones Ro. reliquise, & minus quinq; millia peditu; equitumq; cum Fabio uenisse: sibi placere P. Decium consulē primo quoq; tempore in Hetruriam ad collegam proficisci, L. Volumnio Samniū prouinciam dari: Si Consul malit in suam prouinciam ire, L. Volumniū in Hetruriam ad consulem cum iusto exercitu consulari proficisci. Cum magnam partem moueret oratio prætoris, placuit Cōsulem Romā ad belli molem exponendam acciri. Sunt qui scribāt Fabium absentem ab Appio ad populum criminas cum esse, cumq; redisset, prætoris aduersus eum contumaciam. Eodem anno uictis à consule Samnitibus, deductoq; exercitu, bellum redintegratū est. Aduersus eos Appius Claudius prætor cū exercitu mortui Cōsulis missus, Samnitū legiōes cum

cum partem Appius, partem L. Volumius Proconsul sequeretur in Agrū Stella tem conuenerunt. ibi & Samnitium legiones omnes considunt. & Appius Volumniusq; castra coniungūt. Pugnatum infestissimis animis, hinc ira stimulante aduersus rebellantes toties, illinc ab ultima iā dimicantibus spe. Cæsa ergo Samnitū sexdecim millia trecenti, capta duo millia septingēti. Ex Ro. exercitu cecidere duo millia septingenti. Felix annus belli cis rebus, pestilētia grauis, prodigijsq; sollicitus. Nam & terrā multifariā pluifse, & in exercitu Appij plerosq; fulminibus ictos nuntiatum est, libriq; ob hæc aditi. Post aliquot deinde annos, quadringentesimo sexagesimo quartoscilicet ab urbe cōdita, Pyrrhus Ep̄i Rex, Alexātri Magni successorum opibus adiutus, per speiem ferendi Tarentinis auxilij, bellum in Romanos gerens, cum eos ita profli gasset, ut Prēneste usq; milliariorum ferme ab urbe uigesimo processisset, admiratus Fabritij cæterorumq; Rom. ut ferunt, constantiam, legatum Cineam nomine misit, qui pacem ita peteret atq; offerret, ut

d . s partem

LVIII A P. C L A V D I V S

partem Italiæ quam iam armis occupa-
uerat, retineret. Senatus clade perterri-
tus, & grauiora metués, ad pacé societa-
téq; eā iam propemodū inclinabat. Sed
Appius vir amplissimus quidē, cæterum
senectute & orbitate oculorū à Reip. mu-
neribus uacás, auditis ijs quę à Rege nun-
tiabant̄, ac rumore obtinéte Senatū pa-
cem esse decreturū tolerare nō potuit, sed
in curiā se deferri iussit. Latus igit̄ in lecti-
ca per forū ubi ad ianuā curię peruenit, fi-
lij simul & gener suscipiētes ipsum stipan-
tesq; in Senatū duxerūt. Cum Patres ad
conspectum tanti Senatoris obmutu-
issent, Ille ubi suo loco constitit, ita dice-
re est orsus. Evidem antea P. C. me-
am hanc oculorum fortunam permole-
ste ferebam, nunc autem doleo atq; an-
gor, quod non ultra cæcitatem ipsam,
surdus etiam sim, ne turpes consultatio-
nes ac sententias uestras, quæ huius ur-
bis gloriam subuertunt, audire compel-
lerer. Vbi enim illa est ferocia, quam cres-
bro uerbis usurpare soletis, affirman-
tes, si Magnus Alexandex in Italiam pro-
fectus nobiscum adolescentibus aut cum
patribus

patribus nostris tunc florentibus gessis-
set bellum, nequaquam eum tūc ut inui-
stum gloriam relaturū, sed aut fuga aut
morte sua maiorem huic urbi gloriā no-
menq; relictum fuisse? Hanc igitur uer-
borum insolentiam nunc rebus ostendi-
te. Chaones & Molossos, qui semper
Macedonum præda fuere, & Pyrrhum
Regem eorum formidatis, qui unum ex
Alexandri satellitibus semper secutus est
ac coluit. Et nunc, non tam Tarentinis
auxilium ferens, quām hostes domi fu-
giens, in Italia uersatur, ausus profiteri
principatum in Italia cum potentia, que
ad exiguum Macedoniæ partem conser-
uandam sufficere non ualuit. Itaq; non
hunc remouebitis, si amicum feceritis,
sed alios contéptu nostri inuitabitis, qua-
si superare nos facile sit, si Pyrrhus abeat:
non modo pœnia non data eorum quæ
contra nos gessir, uerum etiam merces
de accepta foedatis, eo autore cum Tarē-
tinis Samnitibusq; recipiendi. Itaq; acer-
ba in Patres oratione inuestitus, pacem
ut insalubrem diremit, & ad belli studi-
um animos traduxit. Neq; id modo, sed
etiam

etiam admitti in urbem Pyrrhum, inspi-
 ciendi amice gratia id orantem, uetus.
Renuntiatum est igitur Pyrro à Senatu,
 eum cum Rom. nisi ex Italia recessisset,
 pacem habere non posse: & quoad in ar-
 mis esset, Populum Rom. in eum gestu-
 rum bella, uel si mille Consules uicisset.
Itaque Cineas legatus admiratione plenus
 reuersus, quarenti Pyrro respondit, re-
 gum se patriam & confessum uidisse, ta-
 lisque Romæ esse omnes sigillatim, qualis
 unus Pyrrhus apud Epirum & reliquam
Græciam putaretur, & aduersus Lerneā
 quandam hydram pugnari, tantum esse
 & militum & populi numerum. Salu-
 bre Appij consilium euentus comproba-
 uit, nam paulo post Pyrrhus ui uictus ac-
 que expulsus Italia est. Eius orationis ini-
 tiū Ennius in annalibus ita expresserat:
Quo uobis mentes rectae quæ stare sole-
 bant, Ante hac, deme ati sese flexere rui-
 na. Sed & Appij oratio ipsa, & nōnullæ
 mortuorum laudationes, usque ad Cicero-
 nis extremam ætatem peruenere, adeo
 non omnibus improbatæ, ut inuerti sint,
 qui Appium quam Catonem magis imi-
 tarentur

tarentur. Actiones etiam ab eo scriptas Pomponius tradit. Legimus & carmen quoddam ab eo relictum, à Pythagorē rum institutis non abhorrens, quod Pænitus Stoicus Philosophus quadam ad Q. Tuberonem epistola ualde laudauit. Ab eodem affirmare uidetur Pomponius usum R literæ in multis nominibus traductum, quæ prius per Senunciabantur, ut pro Valeſijs Valerij, pro Fusijſ Fuſij effent. Quod uerisimilius facere uideatur Cicero, ad Pætum scribens. L. Papirium Crassum, in cuius seneſtutem incidit iuventa Appij, primū deſiſſe uocari Paſſiſum, & Papirium appellatum. Neq; tamen diſſimulauerim haud satis integrum uideri eum Pomponij locū, eum enim ad tertium quendam Claudiū luſiſconsultum quidam trahūt. Quod quādo nobis adhuc parum in comperto eſt, uitam eius non adiunxiſus, quem illici cognomento Centinianum uel Centimalum (nam utrumq; legitur) uocant. Ea de re nos apud Pomponium lōgius uerba fecimus, ostēdimusq; existimari posse, cognomen id aut toti Claudiorum familiæ

LXII A P . C L A V D I V S

miliæ , aut certe parti cuiusq; ex ea esse impossib; positiū . Nā quin de Cæco sentiat Pōponius, dubitari nō potest , uel ex ordine enumerationis, uel ex reb· eius gestis paucis , quæ ab eo quasi noxæ loco ascribuntur, uel etiam ex Liuio . Illud quoq; (nifallor) ad Cæcum pertinet , quod sapienter solitum dicitare Ap. Claudiū ac

cepimus, negocium Populo Rom . me liusquam otium committi , non quod ignoratet quām iocundus tranquillitas status esset, sed quod animaduerteret præpotentia impetia agitatione rerum ad uirtutem capessandam excitari, nimia quiete in desidiam resolui . Et sane nego cium nomine horridum ciuitatis Rom. mores in suo statu continuuit, blande appellationis quies plurimis uitij s resper sit. Infinitum prope annorū numerū orbatus luminibus exegit Ap . quatuor filios, quinq; filias, plurimas clientelas, rem deniq; P. fortissime, hoc casu grauatus rexit, ita ut nec priuato nec publico muneri defuerit. Inter filios duos reliquit Tib. Claudiū Neronem (id cognomen lingua Sabina fortem ac strenuum significabat)

bat) & Ap. Clodium Pulchrum. Ab illo paternum, ab hoc maternum genus post multos annos Tiberius Augustus, in familiam tamen Octaviā aut Iuliam ascitus, ducebat: cum duobus alijs Augustis, C. Caligula, & Claudio, etiam inter diuos relato, alijsq; aliquot Cæsaribus, quibus præpropera mors ademit imperium. Drusis tribus, Germanico, Nerone Britanico. in quo Domitij Neronis ad optiuī frattis fraude sublato, gens Claudia, imperatoria quidem, defecit. Vbi illud quoq; singulare contigit, quod ante Neronem hunc Domitium Cæsarem, pestem humai generis, nemo unquam per adoptionem nomini Claudio inseratus est. Legitur etiam C. uel Ap. Claudius Cæci F. Ruffus, qui cū Tuditano Consul fuerit, anno post V. C. ut quidam fertunt, (nam inter autores non conuenit) quadringentesimo octuagesimo, quibus nonnulli quinq; adiiciunt. Et P. Claudius Cæci N. Pulcher, uicennio post cum L. Junio Pullo Consule.

P. Sem

LXIII P. SEMPRONIVS SOPHVS

Gentem Semproniam antiquæ ins.
Iter Patritias nobilitatis fuisse non
ambigitur, ut in quam tertius decimus à
Regibus electis Consulatus uenerit. Sed
& plebeios quosdam Sempronios legi-
mus. Primum eis cognomen Atracinum
(Atratinum Atacinum habent varie co-
dices) tum deinde Sophos, Tuditanos,
Longos, Gracchos inuenio. Consulatus
quatuor, totidem Tribunatus consulari
potestate, omniūq; adeo primus, unum
equitum Magisterium, familiæ perdiu
futuræ nobili, ante iuris consultum conti-
gerant. Hinc igitur ortus P. Sempro-
nius Longus, quem Populus Rom. pri-
mum Græco sapiētiæ nomine Sophum
appellauit, Tribunus Pl. cū esset, in Ap.
Claudium, qui postea Cæcus est dictus,
censorem, circumactis decē & octo men-
sibus, (quod temporis Aemilia lege fini-
tum censuræ spatium erat) cum C. Plau-
tius collega eius magistratu se abdicasset
summa contumacia, ne deponeret, recu-
fantem, finiendæ intra legitimum tem-
pus censuræ, actionem suscepit, non po-
pularem magis quam iustum, nec in uul-
gus

gus quā optimo cuiq; gratiorem. Is cum identidem legem Aemiliā recitaret, auctoremq; eius Mamercum Aemilium dictatorem laudibus ferret qui quinquennalem ante censuram, & longinquitate potestatis dominantem, intra sex mensium & anni coegisset spatium: dic agedū (inquit) Ap. Claudi, quid nam facturus fueris, si eo tempore, quo M. furius, & M. Geganius censores fuerunt, censor fuisses: Negare Appius interrogationem Tribuni magnopere ad causam pertinere suam: nā & si tenuerit lex Aemilia eos censores, quorum in magistratu lata esset: quia post illos censores creatos eā legem populus iussisset, quodq; postremū iussisset, id ius ratumq; esset: non tamen auct se aut eorū quenq;, qui post eam legem latam creati censores essent, teneri ea lege potuisse. Hæc sine ullius assensu cauillante Appio, en (inquit) Quiritites illius Appij progenies, qui Decemvir in annū creatus, altero anno se ipse creauit: tertio nec ab se, nec ab ullo creatus, priuatus fasces & imperium obtinuit: nec ante continuando abstitit magistratu, quām obseruerent

eum male parta, male gesta, male retenta imperia. Hæc est eadem familia Quirites, cuius ut atq; iniurijs compulsi extortæ patria Sacrum montem cæpistis. hæc aduersus quam tribunitiū auxilium uobis comparastis. hæc, propter quam duo exercitus Auëtinum insedistis. hæc, quæ fœnebres leges. hæc, quæ agrarias semper impugnauit. hæc, connubia patrum & plebis interrupit. hæc, plebi ad curules magistratus iter obsepsit. Hoc est nomen multo quam Tarquiniorū infestius uestræ libertati. Ita ne tandem Ap. Claudi, cum centesimus iam annus sit ab Masserco Aemilio dictatore, tot censores fuerint nobilissimi fortissimiq; viri, nemo eorū duodecim tabulas legit: nemo id ius esse, quod postremo populus iussisset, scivit: Immo uero omnes scierunt: ideo Aemiliae potius legi paruerunt, quæ illi antiquæ, qua primum censores creati erant: quia hauc postremū iussicerat populus: & quia, ubi duæ contrariæ leges sunt, semper antiquæ abrogat noua. An hoc dicas Appi: non teneri Aemilia lege populum: An populum teneri, te unum extra

extra legem esse: Tenuit Aemilia lex uio
 lentoſ illos censoreſ C. Furium, & M.
 Geganiū, qui, quid iſte magistratus in
 Repub. male facere poſſet, indicarunt:
 cum ira finitae potestatis, Mamercum
 Aemiliū principem ætatis ſuæ bellī do-
 miq; ærarium fecerunt: tenuit deinceps
 omnes censoreſ intra centum annorum
 ſpatium: tenet C. Plautiū collegam tu-
 um, iſdem auſpicij, eodem iure crea-
 tum. An hunc, non, ut qui optimo iure
 censor creatus eſſet, populus creauit: tu
 unus eximius eſt, in quo hoc præcipuum
 ac ſingulare ualeat: Quem tu regem fa-
 crificiorū crees: amplexus regni nomen,
 ut qui optimo iure Rex Romæ creatus
 fit, creatum ſe dicer: quem ſemestri dicta-
 tura, quē interregno quinq; diebus con-
 tentum fore putet: quem clavi figendi,
 aut ludorum cauſa dictatorem audacter
 crees: quam iſti ſtolidos ac ſocordes ui-
 deri creditis eos, qui intra uicesimum di-
 em ingentibus rebus gestis dictatura ſe
 abdicauerunt: aut qui uitio creati abie-
 runt magistratus: Quid ego antiqua repe-
 tam: nuper intra decē annos C. Menius

e s dictator

LXVIII P. S E M P R O N I V S

dictator, quia cum quæstiones seuerius,
quam quibusdam poteritibus tutum erat
exerceret: contagio eius, quod quereretur,
criminis ipsi obiectata ab inimicis est: ut
priuatus obuiam iret criminis, dictatura
se abdicauit. Nolo ego istam in te mode-
stiam: ne degeneraueris à familia impe-
riosissima & superbissima: non die, non
hora citius, quam necesse est magistratu
abieris: modo ne excædas finitum tem-
pus: satis est aut diem, aut mensem censu-
ræ adiçere. Trienniū, inquit, & sex men-
ses, ultra quam licet Aemilia lege censu-
ram geram, & solus geram: Hoc quidē
iam regno simile est, an collegam subro-
gabis: quem ne in demortui quidem lo-
cum subrogari fas est. Pœnitet em, quod
antiquissimū solenne, & solum ab ipso,
cui fit, institutū Deo, ab nobilissimis an-
tistitibus eius sacri ad seruorum ministe-
rium religiosus censor deduxisti: gens an-
tiquior originibus urbis huius, hospitio
deorum immortaliū sancta, propterte
ac tuam censuram intra annum ab stirpe
extincta est: nisi uniuersam Remp. eo ne-
fario obstrinxeris, quod ominari etiam
reformidat

reformidat animus. Vrbs eo lustro capta
 est, quo demortuo collega C. Iulio cen-
 sore L. Papyrius cursor, ne abiret magis-
 tratu, M. Cornelium maluginésem col-
 legam subrogauit, & quanto modestior
 illius cupiditas fuit, quam tua Appi: nec
 solus, nec ultra finitum lege tempus L.
 Papyrius censuram gessit: tamen nemis-
 nem inuenit qui se postea autoré seque-
 retur omnes deinceps célores post mor-
 tem collegæ se magistratu abdicarunt.
 Te nec quod dies exiit censurę, nec quod
 collega magistratu abiit, nec lex, nec pu-
 dor cohercit: uirtutem in superbia, in au-
 dacia, in contemptu deorū hominumq;
 ponis. Ego te Ap. Claudi pro istius ma-
 gistratus maiestate ac uerecundia, quem
 gessisti, non modo manu uiolatum, sed
 ne uerbo quidem inclemtíoriā me ap-
 pellatum uellem: sed & hęc, quę adhuc
 egi, peruicacia tua & superbia coegit me
 loqui: & nisi Aemilię legi parueris, in uin-
 cula duci iubebo: nec cū ita comparatum
 à maiorib. sit, ut comitijs célorijs nisi duo
 confecerint legitima suffragia, non re-
 nunciato altero, comitia differatur: ego

e 3 te, qui

te, qui solus censor creari non possis, sum censuram gerere patiar. Hæc taliaq; cum dixisset, prehendi censorē & in vincula duci iussit, approbantibus sex Tribunis actionem collegæ, tres appellati Appio Auxilio fuerunt: summāq; inuidia omnium ordinum solus censuram gessit. Sophus idem quinto post anno consul cum P. Sulpitio Auerrione fuit, quo tempore Romani cum Samnitibus bellum gerebant. Qui cum eo anno legatos de pace Româ misissent, responsum est P. Semproniu Consulem cum exercitu breui in Samnio fore: eum, ad pacem bellum inclinarēt animi, falli non posse, comperta omnia senatui relaturum: descendenter ex Samnio cōsulem legatis se querentur. Itaq; cum pacatum Saminiū exercitus Ro. benigne præbito cōmeatu peragrasset, fœdus antiquum, post annorum circiter uiginti bellum, Samnitibus redditum. Ad Aequos inde ueteres hostes, ceterū per multos annos sub specie infidæ pacis quietos, uersa arma Ro. quod incolumi Hernico nomine, missi tauerant simul cum his Samnití auxilia: & post

& post Hernicos subactos uniuersa pro-
pe gens sine dissimulatione consiliū pu-
plici ad hostes descierat. & postquam
icto Romæ cum Samnitibus fœdere fe-
ciales uenerant res repetitum, tentatio-
nem aiebant esse, ut terrore incusso belli
Romanos se fieri pateretur: quod quan-
topere esset optandum, Hernicos docu-
isse, cum quibus licuerit, suas leges Ro-
manæ ciuitati præoptauerint, quibus les-
gendi quid mallēt, copia non fuerit, pro-
pœna necessariā ciuitatem fore. Ob hæc
nulgo in conciliū siactata, Romanus bel-
lum fieri Aquis iussit: consulesq; ambo
ad nouum profectibellum, quatuor mil-
lia à castris hostiū considerunt. Aequo
rum exercitus (ut qui suo nomine per
multos annos imbellies egissent) tumul-
tuario similis sine ducibus certis, sine im-
perio, trepidare. alij exēdum in aciem,
alij castra tuenda censem. mouet plæ-
rosq; uastatio futura agrorū, ac deinceps
cum leuibus præsidij relictarū urbiū ex-
cidia. Itaq; postq; inter multas senten-
tiās utia, quæ omissa cura communiam,
ad respectum suarum quenque rerum

e 4 auertisset

auertisset, audita, ut prima uigilia diuersi
è castris ad deportanda omnia tuendaq;
mœnibus in urbes abiérat, cuncti eam sen-
tentiam ingenti assensu accepere. Palatis
hostibus per agros, prima luce Romani
signis prolatis in acie consistunt: & ubi
nemo obuius ibat, pleno gradu ad ca-
stra hostium tendunt. Cæterum postq;
ibi neq; stationes pro portis, nec quenq;
in uallo, nec fremitum cōsuetum castro-
rum animaduerterunt, insolito silentio
moti, metu insidiarum subsistunt. trans-
gressi deinde uallū, cum deserta omnia
inuenissent, pergunt hostem uestigij sese-
qui. Sed uestigia in omnes æque ferentia
partes, ut inde lapsis passim, primo etro-
rem faciebant: post per exploratores cō-
pertis hostium consilijs, ad singulas ur-
bes circumferendo bello, unum & qua-
draginta oppida intra dies sexaginta o-
mnia oppugnando coeperunt: quorum
pleraque diruta atq; incensa, nomenq; Ae-
quorum prope ad internitionem dele-
tum, deq; his celebri pompa triumpha-
tum, exéploq; eorū clades fuit, ut Martu-
cini, Marsi, Péligni, Ferentini mitterent
Romam

Romam oratores pacis petendæ amicitiæq; ijs populis fœdus petentibus datū. Hæcomnia ideo ascripsimus, quod alij auspicij Sempronij tantū gesta memorant, præcipuam certe eius operam in eo fuisse bello id argumento est, quod & Se natus hostibus responderat Semproniu m in Samnio fore. Tertio deinde anno: cum post magnā contentionem obtinuisset plebs, ut sui ordinis hominibus sacerdotia quoq; coimcommunicarētur, Sempronius Pontifex creatus, & proximo anno censor cum eo quem in Consulatu collegam habuerat (tametsi corrup ta Liuij exéplaria opinor, ut pro P. Sempronio scriptum sit P. Sulpitio Auerrione, & pro P. Sulpitio Auerrione suppositum mendose P. Sulpitio Sopho) tribus duas Aniensem & Tarentinam addidit.

Duobus post annis Prætor (nā ne post maiores quidem magistratus is honos tum spernebatur) cum nuntiatum esset Etruscos, Vmbros, Samnitēs, Gallos etiam in armis esse, & iam urbi minitari, summæ rerum à Senatu præpositus, ius stitium indixit, delectum omnis generis hominum

LXXXIII P. SEMPRONIUS SOPHVS

hominum habuit, nec ingenui modo aut iuniores sacramento adacti sunt, sed seniorum etiam cohortes factæ, libertis nīq̄ centuriati, & defendendæ urbis conilia agitabantur. Eodem anno ius-
sus est plebiscito triumviro creare, qui Sinuessam nouos colonos ducerent.

Hæc de eo Sempronio inuenimus, qui primus omnium Sophus est dictus, de quo dubio procul sensit Pomponius.

Post quem Sempronij permulti, ua-
rijs cognominibus atq; honoribus illus-
tres. Nanq; P. Sempronium Sophum
anno post superioris (patris opinor) cō-
sulatum, circiter trigesimo quinto Con-
sulem cum Appio Claudio Russo, Cæci
filio, in breuiarijs reperio, tum Sempro.
Blesum bis Col. & M. Sempronium Tu-
ditanum aliquanto post, mox T. Semp.
Gracchum, deinde T. Semproniū Lou-
gum anno primo secundi belli Punici,
postq; T. Sempron. Gracchum bis Col.
ante eum Sophum, cuius uitam hic ad-
demus. Evidem nō ignoro P. illum
Sempron. Sophum iuris cōsultum, de
quo supra scripsimus, nō posse eundem
esse

esse cum P. Sempro. Tuditano, cuius uitam subiecturi sumus. neq; is sum, qui erroris notam facile scriptoribus antiquis impinguuelim, sed tamen cum uideamus eum quoq; quem centies amplius Tuditatum Liuius uocauerat, & sub eo nomine inter multas laudes etiam cognitione Iuris p̄tificij honestauerat, nihil tale de primo illo locutus, eundē libro eius quanto & trigesimo Sophum appellari, putauit, siue deceptus esset Pomponius, corrigendū, siue is Tuditanus filius forte, aut certe inter posteros primi illius suisset Sophi, coniungendos esse, atq; ampliādos familiāe honores. Itaq; P. Sépronijs Tuditanus Sophus, cum bello Punico se eundo Cannensi acie afflictis Romanis, qui superstites fuerant, aliij in maiora castra (nam bisariam metati erant) aliij in minora sese recepissent, ibiç semiermis multitudo sine ducibus esset, nuntium qui in maioribus erant, mittunt, dum prelio, deinde ex læticia epulis fatigatos quies nocturna hostes premeret, ut ad se trāsirent. uno agmine Caninus abitu turos esse. Eam sententiā aliij totā aspersi nati

LXXVI P. S E M P R O N I V S

nari. cur enim illos, qui se accersant ipsos
non uenire, cum æque coniugi possent:
quia uidelicet plena hostium omnia in
medio essent, & aliorum, quam sua cor-
pora tanto periculo malleant obijcere.
Alijs non tam sentētia displicere, quam
animus deesse. P. Sempronius Tudita-
nus Tribunus militum: capi ergo mauul-
tis, inquit, ab auarissimo & crudelissi-
mo hoste: æstimariqz capita uestra pres-
cio: & exquiti ab interrogantibus, Ro-
manus ciuis sis, an Latinus socius: ut ex-
tua contumelia & miseria alteri honos
quæratur, non tibi. Non uos quidem L.

Aemilij qui se bene mori, quām turpiter
uiuere maluit, & tot fortissimorum viro-
rum, qui circa eum cumulati iacent, simi-
les estis. Sed antequam opprimat lux,
maioraq hostium agmina obsepiantin-
ter, per hos qui inordinati atqe incom-
positi obstrepur portis erumpamus. Fer-
ro atqe audacia iter fit quamuis per con-
fertos hosteis. cuneo quidē hoc laxum
atqe solutum agmen, ac si nihil obsteret,
transibimus. Itaqe ite mecum, qui & uos
metipsos & Rempub. saluam multis. Hec
ubi

ubi dicta dedit, stringit gladiū, cuneoqz
facto per medios uadit hostes. & cum in
latus dextrum, quod patebat, Numidæ
iacularentur, translatis in dextram partem
scutis, in maiora castra ad sexcentos euia
serunt, atqz inde protinus alio magno ag
mine adiuncto Cannusium incolumes
perueniunt. Hæc apud uictos magis im
petu animorum, quem ingenium suum
cuiqz aut fots dabant, quam ex consilio ip
orum aut imperio cuiusquam ageban
tur. Quarto inde anno, cum ædilis cu
rulis esset, primusqz ludos Scenicos per
quatriuum cum collega edidisset, Præ
tor est in sequentem annum designatus,
& Atiminum prouinciam (ita tum Cis
alpinam Galliam appellabant) habuit,
ita ut duas legiones à M. Pomponio, cui
succedebat, acceperit. In eo magistratu
Aternum oppidum expugnauit, amplius
septuaginta hominum coepit, & æris
argentiqz signati aliquantum. Itaqz pro
rogatum ei in annum cum suis copijs
imperium est, atqz inde in alterum, neqz
eo biennio quicqz gestum ab eo memo
ria dignū reperio. Biennio post, ante
quam

quam Consul fieret, censurā obtinuit cū M. Cornelio Cethego, utq; agrū Campa num fruendum locarent, ex autoritate Patrū latum ad plebem est: plebesq; scis uit. Senatus lectione contentio inter cen sores de principe legendō tenuit. Sépro niū lectio erat. cæterum Cornelius mos rem traditum à patribus sequendum aie bat, ut qui primus censor ex ijs qui uiuerent fuisset, eum principem legerent (is T. Manlius Torquatus erat.) Sempronius, cui Dīj sortem legendi dedissent, ius liberum eosdem dedisse Deos, se id suo arbitrio facturū lecturumq;. Q. Fabium Maximum, quem tum principem Romanæ ciuitatis esse, uel Annibale iudice, uicturus esset. Cum diu certatū esset uer bis, concedēte collega, lectus à Semproniō princeps in Senatu Q. Fabius Maximus Consul. Inde alius lectus Senatus, octo præteritis, inter quos L. Cæcilius Metellus erat, infamis autor deserēde Italiæ post Cannensem cladem. In equestri bus quoq; notis eadē seruata causa. Sed erant per pauci, quos ea infamia attingeret. Illis omnibus (et multi erāt) adempti equi

equi, qui Cannēsiū legionū equites in Sicilia erant. addiderūt acerbitati etiā tempus, ne præterita stipédia procederét ījs, qui equo publico meruerát, sed dena stipendia equis priuatis facerent Magnum præterea numerum eorum conquisiuerunt, qui equo mereri deberent, atq; ex ījs qui principio eius belli sexdecim annos nati fuerant, neq; militauerant, omnes ætarios fecerunt. Locauerūt inde res ficienda, quæ citca forum incendio consumpta erant. VII tabernas, macellum, atrium regium. At uero in sequenti anno (nam seſquiannualis césura erat) lustrum condidit cum collega, censa sunt ciuium capita centum triginta septem millia: cestum & triginta octo, minor aliquāto numerus, quam qui ante bellum fuerat.

Triénio post Cōſul absens, cū prouinciā Grēciā haberet, creatus est in insequētem annū. Nam cum neglectæ per biennium res in Grēcia essent, Philippus Aestolos desertos ab Romano, cui uni fidabant, auxilio, quibus uoluit cōditionibus ad petendā & paciscendā subegit pacē, quod nisi omniū perficere maturasset, bellantem

bellantem eū cum Aetolis P. Sempronius
us Procōsul, successor imperij missus Sul-
pitio, cū decem millibus peditū, & mille
equitibus, & trigintaquinque rostratis na-
uibus (haud paruum momentū ad opē
ferendam socijs) oppressisset. Vix dū pa-
ce facta nuntius Regi uenit, Romanos
Dyrrachium uenisse, Parthenosque & pro-
pinquas alias gentes motas esse ad spem
nouādi res, Dimallumque oppugnare (eo
se auerterant Romani ab Aetolorū, quo
missi etant auxilio, irati, quod sine auto-
ritate sua aduersus foedus cum Rege pa-
cem fecissent .) Ea cum audisset Philip-
pus, ne qui motus maior in finitimiis gē-
tibus, populisque oriretur, magnis itineri-
bus Apolloniam contendit, quo Sem-
pronius se receperat, misso Lectorio lega-
to cum parte copiarum, & xv. nauibus
in Aetoliā ad uisendas res, pacemque, si
posset, turbandam . Philippus agros A-
polloniatum uastauit, & ad urbē admo-
tis copijs, potestatem pugnē Romano fe-
cit. Quem posteaquam quietum me-
tantummodo tueri uidit, nec satis fūles
uiribus ut urbem oppugnaret, & cum
Romanis

Romanis quoque, sicut cum Aetolis, cupiens pacem, si posset; si minus, inducias facere, nihil ultra irritatis nouo certamine odij*s*, in regnū se recepit. Per idem tempus, rædio diutini belli Epirotæ, tentata prius Romanorum uolūtate, legatos de pace communi ad Philippum misere, sati confidere conuenturā eam affirmantes, si ad colloquiū cum P. Sempronio Imperatore Romano uenisset. Facile impetratum (neque enim ipsius quidem Regis abhorrebat animus) ut in Epitū transiret. Penice urbs est Epiti, ibi prius collocutus Rex cum Eropo, & Darda, & Philippo Epirotarū prætoribus, postea cum P. Sempronio congreditur. Assuit colloquio & Aminander Athamanum Rex, & magistratus alij Epirotarum & Acaranum. Primus Philippus prætor uerba fecit, & petiit simul ab Rege & ab Imperatore Romano, ut finem belli facerent, darentque eam Epirotis ueniam. P. Sempronius conditiones pacis dixit, ut Parthe, & Dimallum, & Bargulum, & Eugenum, Romanorū essent. Atintanas, missis Romam legatis ad Senatum, im-

f petrasse

petrasse, ut Macedonia cederet. In eas cōditiones cum pax conuenisset, ab Rege
 fœderi ascripti, Prusia Bythyniæ Rex,
Achæi, Bœotij, Thessali, Acarnanes, Epi-
rotæ. ab Romanis Ilienses, Attalus Rex,
 Pleuratus, Nabis Lacedæmoniorum ty-
 rannus, Elei, Messenij, Athenienses. Hæc
 conscripta modo cōsignataq; sunt, & in
 duos menses induciæ factæ, donec Ro-
 manam mitterentur legati: ut populus in
 has conditiones pacé iuberet. Iusseruntq;
 omnes tribus, quia auerso in Africam bel-
 lo, omnibus alijs in præsentia leuari uo-
 lebant bellis. Sempronius pace facta ad
 cōsulatum Romanum decessit. Quo inito,
 (quintus decimus is annus punici belli
 erat) Brutij ei prouincia (ea nunc Cala-
 bria est) ita ut nouas scriberet legiones,
 decreta. utq; P. Licinius prioris anni Cō-
 sul, qui eam prouinciā gesserat, eandem
 cum duabus legionibus obtineret, quo
 ad eum in prouincia cum Imperio ma-
 nere è Rep. Sempronio uisum esset. Itaq;
 consules delectum habere institerunt, &
 ad nouas scribendas in Brutio legiones,
 & in ceterorum (ita enim iussi ab Senatu
 erant

etant) exercituum supplementum. Vbi
id actū, eiusque rei ergo auxilia à colonijs
acerbissime exacta, curatumque, ut collatæ
à priuatis in publicum pecuniare restitu-
tentur, & Locrensibus post deploratas
longa oratione miserias, tandem per con-
sules rogatis patribus inter uarias senten-
tias remedium malorum excogitatū est:
egressus in Brutios prouinciam Sempron-
iūs, in agro Crotonēsi per æstatem cum
Annibale in ipso itinere tumultuatio
prælio cōflicxit: agminibus magis, quam
acie pugnatum est. Romani pulsi & tu-
multu uerius quam pugna, ad mille &
CC. de exercitu Consulis interfectis, in
castra trepidi rediere: neque oppugnare
tamen ea hostes ausi. Cæterum silentio
proximæ noctis profectus inde consul,
præmisso nuncio ad P. Licinum pro-
consulem ut suas legiones admouerer,
kopias coniunxit: ita duo duces duo ex-
ercitus ad Annibalem redierunt: nec
mora dimicandi facta est, cum consuli
duplicatæ uires, Pœno recens uictoria
nimos facetet. In primam aciem su-
as legiones Sempronius induxit: in
fa
subsidij

LXXXVIII P. SEMPRONIVS

subsidij locatæ. P. Liciniij legiones. Consul principio pugnæ ædem Fortunæ primigeniæ uouit, si eo die hostes fudisset. Cōposq; eius uoti fuit. Fusi ac fugati Poeni, supra quatuor milia armatorū cæsa, paulo minus trecenti uiui capti, & equi XL. & XI. militaria signa. Perculsum aduerso prælio Annibal, Crotонem exercitum reduxit. Eadem estate in Brutij iam Petilia à consule deducta, Cosentia & Pandosia & ignobiles aliæ ciuitates uoluntate in dditionem uenerunt. Exacto anno, in insequentem annum ei prorogatum imperium est, ita ut in locum. P. Liciniij succederet: nam eodem Gn. Servilius Cæpio cum summo imperio mittebatur. Sempronius enim bello quoq; bonus habitus, ac cætera, quibus nemo ea tempestate instructior ciuis habebat, cōgestis omnibus humanis à natura fortunaq; bonis, nobilis idem ac diues erat: forma, uitibusq; corporis excellebat, factundissimus habebatur, seu causa oranda, seu in Senatu & ad populum suandi ac dissuadendi locus esset: iuris pontificij peritissimus, super hæc bellicę quoq; laudes

laudes consulatus compotem fecerant.
 In ea prouincia , quod sumimum imperi
 um consulis fuit, quæ gesta sunt, nequaquam
 Sempronio ascribuntur . Reuocatus inde
 Romam, Biennio post, cum duobus col
 legis ad Ptolomeum Aegypti Regem mis
 sus est, ut annunciarent uictum Auniba
 lem Poenoscum , & gratias agerent Regi,
 quod in rebus dubijs , cum finitimi etiam
 socij Romanos desererent, in fide man
 sisset: & peterent, ut, si coacti iniurijs bel
 lum aduersus Philippum Macedoniæ Res
 gem suscepissent (quod futurum videba
 tur) pristinum animu erga Populu Ro
 conseruaret. Alexandriā cum uenissent,
 peracta legatiōe, cū audissent à Philippo
 Rege Abydū oppugnari, de collegarū cō
 sensu. M. Aemilius natu minimus ad eū
 uenit: questusq; Romanorū socijs illatā
 iniuriā, apud superbū Regē nihil pfecit.
 Significare uide Liuius huc Semproniu
 iterū censorē fuisse, atq; ædē primigeniæ
 fortunæ, quam consul uouerat, in colle
 Quirinali censorem locasse: sed eam cen
 suram à Liuio suo loco expositā nqn re
 petio. Illum uero Sophum , quem supra
 f 3 quasi

LXXXVI T. CORVNCANVS

quasi primi F. posuimus, patrem huius non absurde existimauerim: certe ille etiam censor fuit per secundum punicum bellum cum M. Valerio Max. Ita tres magistri morum cōtinua serie ex eadem petitio domo. Illud non satis scias, ad quem horum pertineat, quod inter seueritatis exempla numeratur Sophus, qui coniugem repudiij nota affecit, nihil aliud, q̄ si ignorantie ludos spectare ausam.

T. C O R V N C A N V S

Coruncanorū familia Camerio oriunda, Romæ illustris fuit: ex ea ortus Tiberius, uel (ut alibi est) Titus coruncanus, publice primus Ius professus traditur: superiores enim, uelut in lateti ius ciuile retinere cogitarat, solumq; consul-toribus uacantes, haud ferme discere uo-lentibus se prestabat. Quin & primus de plebe Pont. Max. Creatus est, quingétis circiter ab urbe condita annis. Sed prius annis plus minus quinq; ac uiginti consulem suisse eum cum P. Valerio Leuino apud quosdā inuenio, cuius temporis, quod Liuij annales deperditi sunt, sigilatim res gestas prodere non licet. Illud noui

non ambigitur, constititq; uel ex cōmen-
tarīs pontificū, eum ingenio plurimum
ualuisse, & peritissimū fuisse pōtificem,
eoq; de numero hominū, qui sapiētiam
cum eloquentia, quantum illa ferebant
tempora(nam p̄e illis insecuris literarīs
seculis asperē loquebantur, sed fuere con-
tentī eloquentia suorū temporum) con-
iuxere, & se ad Remp. gerendā dede-
runt:nā & ea sapientia fuit. ut ad eum de
omnibus diuinis atq; humanis rebus re-
ferretur: idemq; & in Senatu & apud po-
pulū, & in causis amicorū, & domi & mi-
litiæ, consiliū suum fidemq; p̄estabat, ac
quotidie solebat transuerso ambulare fo-
to: quo d erat insigne, eū qui id faceret,
facere ciuib; omnibus liberaliter cōsiliū
sui copiā:ad quem olim & ita ambulan-
tem & in solio sedentē domi, sic adiba-
tur, non solum ut de iure ciuili ad eum,
uetum etiā de filia collocāda, de fundo
emendo, de agro colendo, de omni de-
niq; aut officio aut negocio referretur.
Huius iā tum ætate sua nullū extitisse scri-
ptū Pōponius ait, sed cōplura & memo-
tabilia fuisse responsa, quorū autoritatē

LXXXVIII T. CORVNCANVS

Seneca quasi suo seculo extantium citat,
 itemq; Cicero illud in legibus : qui tan-
 tundem caperet quantum omnes haeres-
 des, sacris alligari . Ab eisdem inter pau-
 pertatis exempla ponitur , crediturq; fa-
 cile æquales suos Curius & Fabricius
 singulares viros omnini virrutum genere
 affectus. Male eum Pomponius & Fa-
 bio & Nasicae posteriorē tradit , cum
 floruerit (si Ciceroni credimus) per Pyr-
 thi bella , in ipsumq; adeo cōsulatus eius
 annum prima cum Pyrrho pugna incis-
 derit collegæ eius Valerio Leuino . In-
 uenio etiam apud autores & Polybium ,
 circa hæc tempora , cum Illyrii maria atq;
 italos mercatores infestarēt , cumq; id ad
 se antea saepe relatum cōtempſiſſent Ro-
 manos tandem multis in senatu conquerētibus ,
 legatos in Illyricū missos C. & L. Corun-
 canos : quibus dato dicendi quæ uelleat
 à Regina Theuca tempore , de iniurijs sis-
 bi illatis differuisse , & à Regina superbe
 nimium atq; insolēter auditos : cumq; illi
 dicendi finē fecissent , effecturā sese dixi-
 se , ne qua ab illyrijs iniuria publice Ro-
 manis inferret , prohibere uero Illyrijs ,
 ne pri-

Error Pomponij.

ne priuatim è mari , quam quisq; possit , utilitatem capiat , haud esse regij moris , ad ea reginæ uerba iunior legarus intrepide quidem magnanimum responsum sed non satis pro tempore dedisse fertur . At quoniam (inquit) Rom . Theuca optimus est , priuatas iniurias publice ulciscendi , iuuandiq; iniuria affectos , dabimus operā dījs uolentibus , ut non longe post regias istas consuetudines cogaris emendare . Ad hæc Regina temere sane ac misericordi ingenio eo iracundia protupit , ut neglecto iure gentium , cum legati reuerterentur , misetit post eos , qui iuniorem illum autorem eiusmodi uerborum obtruncarent . itaq; legatus ne gladio quidē sed ut uictima securi percutitur . Patrato facinore , quidam alterū quoq; legatum & cæteros comites sibi ipsos manum intulisse adjiciunt . Sunt & qui legatos usq; cæsos , tum autorē eius iniuriæ nō Theucam (tametsi eam probatores tradunt) sed Agronem uitum eius etiā tum superstitem ferant . Romani summa rei in urbem perlata , bello Illirij sallato & domita ac subacta late gente , legatorum
 f s manib; s

XC T. C O R V N C A N V S

manibus litauere , statuasq; eis de more
Populus Rom. tripedaneas(ea mensura
honorata tunc erat) in foro posuit . Hæc
tametsi mihi parum adhuc constent , an
ab hoc Coruncano gesta sint , hic tamèn
ascribenda uisa sunt , quod & is autore eo
rum esse potuit (illis enim temporibus
uiguit) quamuis præconé (ut in plærisq;)
uacillet , & quod uel ad filios uel ad fami
liæ dignitatem pertinebant . Neq; fermè
plura de Coruncanis ullis inuenias , ut
credi possit , hoc Reginæ scelere uniuers
sam gentem adinternitionem esse in ihs
duobus legatis extinctam.

M. F A B I V S P A M P H I L V S

Ferculem Alcidem Fabia gens origi
nis autorem ferebat , nomenq; à fo
uea , in qua ex coitu Etruscæ uirginis fili
um genuerat , seu quod is primus captan
dorum foueis ursorum luporumq; ar
tem monstrauerat , principi generis fo
vio , mutatisq; post literis Fabio inditum
proditur . Quod alij malunt à Fabis (mul
ta enim à luminibus Romanorum nos
mina) deducere . Multa multorum Fa
biorū egregia merita in Rem publicam
extabant

extabant. Magistratum gessere, quod legem, primum questuram per Cælos nem anno post eiectos reges quarto & uigesimo. Septem proximis, Consultus in tribus fratribus Cæsonis F. Q. Cæsone, M. alternis, tertio Cæsoni addito, continuauit. Quo tempore una familia Veiens bellum sibi priuatim deponscere ausa, trecentis ex Fabijs re aliqua diu bene gesta, cæsi ad unum omnes, atque unum modo prope puberem ætate Q. Fabium M.F. relictum traditur, stirpem genti Fabiæ, dubijs q̄ rebus Populi Romani saepe domi belliq;uel maximum futurum auxilium. His omnibus proximisq; cognomen Vibulanorum additur posteri Ambusti, Maximi, Gurgites, Pictores, Buteones, Licinij, Verrucosi, La beones, Paphili, alijsq; præterea cognominib. nūcupati. Perniciē patrię Ambusti pene attulerūt, cū ad Gallos Clusiū legati missi iniussu Reip. pugnauere, inde enim irritati Senones captā urbē inflammarūt. Ex hac stirpe genus duxit Q. Fabius, quē tamen Pomponij pleraq; uulga exemplaria. Q. Mutiū falso vocant.

Is belli

Is belli Punici secūdi anno primo, aut si Polybiū sequimur, proximis ante Coss.
duplici (ni fallor) legatione functus est.
Nam cum Annibal pænus, serendis circa bellis, Saguntum Hispānam urbem
contra fœdera Romanorum & Carthaginensium violaturus uideretur, ac Saguntini bellum prouidétes, Legatos Romam petitum auxiliū misissent, ac paup̄ post omnium spe celerius Saguntum iam oppugnari allatum esset, P. Valerius Flaccus & Q. Fabius Pamphilus legati Saguntū ad Annibalem atq; inde Carthaginem, si nō absisteretur bello, ad dum ipsum in poenam fœderis rupti deponendum, simulq; speculatum acta Annibalis, cui si uideretur digna causa, denuntiarent ut ab Saguntinis socijs Populi Rom. abstineret, aut inde in Africā eorum querimonias deferrent, ac res sociorum inspiceret, missi sunt. Cum in Hispaniam uenissent, duplex fama est: alij admissos ad Annibalem, quæ uoluerint, facta potestate, locutos denuntiasse scribunt, ut à Saguntinis abstineret quasi Populi Rom. socijs, deinde ne Iberū (quod id fœs

id sœdere quodam caueretur) transcen-
deret, cum responso accepto appareret
non destitutum bello Annibalem, Car-
thaginem profectos. Alij obuiā legatis
ad mare missos ab Annibale, qui dicerēt
nec tuto eos adituros inter rotam effera-
tarum gentiū arma, nec Annibali in tan-
to discrimine rerum operæ esse legatio-
nes audire. Certe Carthaginē profectos
constar, rēq; in Senatu acta, ijsdemq; de-
nunciatis, perorāte Valerio, parum amis-
ce responsum esse. itaq; uana atq; irrita le-
gatio fuit. Legari Romam reuersi, hosti-
lia omnia retulerunt. Inde nuntio expu-
gnatē Sagunti accepto, altera eodem an-
no legatio missa. Cuius quia Q. Fabium
Pamphilum uerisimile est cognitione iri-
neris & tractetæ rei caput fuisse, hæc quo
que adscripsimus huius Fabij uitæ, cum
præsertim Silius utriuscq; legationis sente-
tiā in unam concludat. Igitur ut om-
nia iusta ante bellum fierent, Fabius na-
tu grandior à Populo Rom. dux legatio-
nis cum quatuor prouectæ ætatis colle-
gis in Aphricam est missus, ad percun-
ctandos Carthaginenses publico ne con-
filio

filio factum, peterent, ut uel Annibal in pœnam tupti fœderis dederetur Rom. uel indicerent populo Chartaginési bellum. Legatis, postq; Carthaginem uenerunt, cum Senatus datus esset, & Q. Fabius nihil ultra, quam unum, quod mandatum erat, non sine Carthaginensium indignatione percun&tastus esset. Hanno autem factionis Barchinæ princeps, Annibalis fautor, longa oratione de iure fœderum differuissest, ad extremūq; ita perorasset: proinde omittite Romani mentionem Sagūti atq; Iberi facere, & quod diu parturit animus uester, aliquādo patiat. Tum Fabius legatorum natu maximus, cum eam de iure fœderum disceptationem ut alienam dignitate Populi Romani atroci oratione respuisset, eam ita tolerati posse inquietus, si res Saguntinorum integra esset, nunc uero excisa Sagūto, uiolatisq; iniustissime fœderibus, uel patratorem sceleris dedendum Romanis, ut appareret Saguntum publico Cartaginensiū consilio minime oppugnatam, uel si id nollent, ac suo cōsilio expugnatā urbem faterent, ut se ad bellum pararent.

rarēt. Vbitergiuersantes P̄cenos animad
 uertit, uerbum non addidit, sed sinum è
 toga factum Senatui ostendens, hic (in-
 quit) uobis bellū pacēq; portamus, utrū
 & eligitis, utrū placet sumite. sub hāc uo-
 cem haud minus ferociter, daret utrū uel-
 let, uel (ut alij tradunt) bellum suclama-
 tum est. Fabius intetim effuso in media
 curia sinu, bellum dare se dixit, non sine
 horrore, quasi plane id in sinu ferret, ac-
 cipere se illi omnes alaci uultu respōde-
 runt, & quibus acciperēt animis, ijsdem
 esse gesturos. Pomponius rem omnem
 paulo aliter explicat, sed nos uetusissi-
 mis quibusq; autoribus plurimum fidei
 habemus, quibus tamen ipsis hac in par-
 te non satis cōuenit. nam M. Varro Tes-
 serulas, in quibus simulachra fuerint hä-
 stæ & caducei, belli & pacis signorum,
 missas Carthaginem scribit. alij hastam
 ipsam & caduceum. Illud inter omnes
 peræq; constat, datam ab eo Carthagis-
 nensisibus optionem belli pacis ue eligen-
 dæ, non acceptam ab illis, sed relatam si-
 ue Imperatori (nam & hic uariant) siue
 legato Rom. Fabio. Cæterum ea directa
 percun-

percunctatio ac denuntiatio belli magis
ex dignitate Populi Rom. uisa est, quam
de foederum iure uerbis disceptare, cum
ante tum maxime Sagunto excisa. Lega-
tī ab Carthaginē, sicut his Romæ im-
petratum erat in Hispaniā ut adirent ci-
uitates ac in societatem pellicerent, aut
auerterent à Pœnīs traiecerunt. Ad Bar-
gusios primum uenerunt, à quibus beni-
gne excepti (quia tædebat imperij Punis-
ci) multos trans Iberum populos ad cu-
pidinem nouæ fortunæ erexerunt. Ad
Volcianos inde est uentum, quorum ce-
lebre per Hispaniam responsum cæteros
populos à societate Romana auertit. Ita
enim maximus natu ex ijs in consilio re-
spondit. Quæ uerecundia est, uos Roma-
ni, postulare uti uestram Carthaginensi-
um præponamus amicitiæ: cum qui id
fecerunt, Sagūtinōs, crudelius quam Pœ-
nus hostis perdidit, uos socij prodideris-
tis. Ibi queratis socios, censeo, ubi Sagun-
tina clades ignota est. Hispanis populis
sicut lugubre, ita insigne documentū Sa-
gunti ruine erunt, ne quis fidei Romanæ,
aut societati cōfidat, inde extemplo abi-
re finibus

ire finibus Volcianorū iussi, ab nullo deinde concilio Hispaniæ benigniora uerba tulere. Itaq; ne quicq; peragata Hispania, in Galliā transeunt. In his noua terribilisq; species uisa est, quod armati (ita mos gentis erat) in concilium uenerunt. Cum uerbis extollentes gloriam uirtus temq; Populi Ro. ac magnitudinem imperij, petissent, ne Pœno bellū Italiae inferenti, per agros urbesq; suas transitum darent: tantus cum fremitu risus dicitur ortus, ut uix à magistratibus maioribusq; natu iuuentus sedaretur: adeo stolida impudensq; postulatio uisa est, censere, ne in Italia transmittant Galli bellum: ipsos id auertere in se, agrosq; suos pro alienis populandos obijcere. Sedato tandem fremitu, responsum legatis est: neq; Romanorum in se meritum esse, neq; Cathaginensium iniuriam, ob quæ aut pro Romanis, aut aduersus Pœnos sumant arma: Contra ea audire sese gentis suæ homines agris finibusq; Italia pelli à Popolu Ro. stipendiumq; pendere, & cæterá indigna pati. Eadem fermè in cæteris Galliē cōcilijs dicta auditaq;. Nec hos

g spitale

XCVIII Q. F A B I V S

N^o. 64.

spitale quicquam pacatum ne satis prius
auditum, quam Massiliam uenerunt: ibi
omnia ab socijs inquisita, cum cura ac si-
de cognita, preoccupatos iam ab Annis-
bale Gallo & animos esse. Sed ne illi qui-
dem ipsi satis mitem gentem fore (adeo
{ ferocia atq; indomita ingenia esse) ni sub
inde auro (cuius audissima gens est)
principum animi concilientur. Ita pera-
gratis Hispaniæ & Galliæ populis, legati
Romam redeunt: haud ita multo post,
quā consules in prouincias profecti etat,
ciuitatem omnem in expectationem bel-
li erectam inuenierunt: satis constante fa-
ma iam Iberum Pœnos transisse. Cetera
que ad hunc Q. Fabium pertinere pos-
sent, quia parum confitat qui fuerit, pre-
termittimus. Quod si cui forte placeat
hunc fuisse Q. illum Fabium Max. quin-
quies Cos. qui cunctator, qui uerracos-
sus, qui ouicula sit dictus, qui Annibalem
primus cessando restinxerit, quoniam è
natu gradioribus missos posteriores ho-
sce oratores scribit Lutius, efficeretur, ut
non idem esset cum illo Fabio Pamphilio,
qui priore legatione est missus. Mo-
uet me


Nec me etiam, quod oratorem fuisse hūc
Fabium Verrucosum testatur & Cicero
& Plutarchus, quod facile fieri potest, ut
cum iuris cognitione iūctum fuerit. Si is
igitur iure consultus ille est Vertucosus,
reliqua ad uitā eius pertinentia in unum
corpus à Plutarcho collecta sunt. inde
qui uolet, petat. Fuerat autem ante secun-
dum punicum bellum bis consul, quo re
annorū res gestas & in Liuio amisimus,
nec Plutarchus attigit, sed & à Polybio
atq; Eutropio omnino pr̄teriti, ut appa-
reat in summa pace nihil memorabilis
rei esse gestum. Quicunq; fuerit, eum per
peram Pomponius & Nasice postponit,
& Coruncano anteuerit.

Error Poma
ponij.

P. AE L I V S P AE T V S.

Aelia gens quanquam inter plebeias
futura illustris, sero tamen ad magis-
tratus summos admissa est, consulatum
quidem non nisi centesimo circiter trigē-
simo à Regibus electis anno in sua do-
mo uidit: auguratu aliquanto post, quo
primū tempore plebi cōmunicata sacer-
dotia. Cognomen peti, qđ à lasciuia ocu-
lorum traxit, commune illi cum Aemilia
g 2 domo

domo(nisi uocis propinquitas depraueat codices) Papyria, Cæsonia, Fulvia, non nullisq; alijs fuit. Tuberones quoq; Stilones, Galli, Aelijs fuere. Neq; aliud significasse arbitror grāmaticum Festum, cum ait gentem Aeliā appellari, quæ ex multis familijs cōficiatur. Quietiam Tuberonē ex Aelijs Pætis fuisse indicat Tacitus, qui Aeliam Pætinam familiæ Tuberonum ascribit. Ex Pætis, orti Q. Aelio patre, eo (nisi me coniectura fallit) qui Pont pugna Cannensi cecidit, duo fratres, exq; uno eorum filius, celebre nomen in iuris scientia & Reip. administratione obtinuerunt Horum P. Aelius Pætus, quo anno ædilis Pl. erat, & per trium ludos Plebeios cum Collega dederat & Iouis epulū, prætorcreatus est: duobus Gn. Seruilijs Cepione, Gemino Cos. per bellum Punicum secundum. in eo honore urbanam iurisdictionem sortitus est forte eo anno Scipio, qui post Aphricanus maior dictus, Carthaginenses magna clade prostrauerat, ac Regem Syphacem comprehenderat, eo cum primoribus Numidarum captiuis per Lælium



lium Romanum missis, Prætor, coacto ses
 natu, Lælium, quæ in Aphrica gesta es-
 sent, omnia ordine exponere patribus iu-
 bet: auditus est ingenti omniū & in præ-
 sens lætitia, & in futurum spe: consulti
 inde per Prætorem patres, Regem in cu-
 stodiā mittēdum Albam censuerunt:
 Lælium retinendum, donec legati Car-
 thaginienses uenirēt. Supplicatio in qua-
 triduū decreta est, Prætor senatu misso,
 & concione inde aduocata, cum C. Læ-
 lio in rostra ascendit. Ibi uero audientes,
 fusos Carthaginensium exercitus, deui-
 stum & captum ingentis nominis Re-
 gem, Numidiam omnem egregia uicto-
 ria peragratam, tacitum continere gau-
 dium non poterant, quin clamoribus,
 quibusq; alijs multitudo solet, lætitiam
 immodicam significant. Itaq; prætor
 extemplo edixit, uti æditiū ædes sacras
 omnes tota urbe aperitēt, circumeundi
 salutandiq; deos, agendiq; gratias perto-
 cum diem populo potestas fieret. Poste-
 ro die legatos Masinissæ in senatum pro-
 duxit: Gratulati primum senatui sunt,
 quod P. Scipio prospere res in Aphrica
 g; gesſiſſet

gesiſſet. Deinde gratias egerunt, quod
Masinissam non appellasset modo Re-
gem, sed feciſſet, restituendo paternum
regnum: in quo post Syphacem sublatū,
ſi ita patribus uifum eſſet, ſine metu &
certamine eſſet regnaturus. Deinde, qđ
collaudatum pro concione ampliſſimis
decoraſſet doniſ, quibus ne indignus eſ-
ſet, & dediſſe operā Masinissam, & por-
to daturū eſſe: petere, ut regium nomen,
cæteraque Scipionis beneficia & munera
ſenatus decreto conſirmaret: & niſi mo-
leſtum eſſet, illud quoq; petere Masinis-
ſam, ut Numidas captiuos qui Romæ in
cuſtodia eſſent, remitterent. id ſibi am-
plum apud populares futurum eſſe. Ad
ea reſponſum legatis datum, rerum ge-
ſtarum in Aphrica proſpere, cōmuñem
ſibi cum Rege gratulationem eſſe. Scipi-
onē recte atq; ordine uideri feciſſe, quod
eum Regem appellauerit: &, quicquid
aliud fecerit, quod honori foret Masinis-
ſe, ea patres comprobare atq; laudare.
Munera, quæ legati ferrent Regi, decre-
uerunt, ſagula purpurea duo cum ſibulis
aureis ſingulis, & latō clavo, tuniciſ,
equoſ

equos duos phaleratos, bina equestria
arma cum loricis, & tabernacula, milita-
remq; supellectilem, qualem pr̄bericon
suli mos est. Hæc Regi pr̄tor mittere ius-
sus, legatis in singulos dona ne minus
quina millium, comitibus eorum mille
æris, & uestimenta bina legatis, singula
comitibus Numidisq;, qui ex custodia
missi redderentur Regi: ad hoc ædes, li-
bera loca, lautia legatis decreta. Multis
prærerea rebus cum felix annus fuisset,
abitu presertim Annibal is in patriam re-
uocati, habito senatu condamatum ex
omni parte curiæ est, ut referret P. Aelius
Prætor de gratijs dijs habendis. decre-
cumq; est ut quinq; dies circa omnia pul-
uinaria supplicaretur, uictimæq; maiores
immolarentur centum uiginti. Pancis
post diebus Carthaginensium legatis ad
urbem Romam profectis, datoq; ei seña
tu, cum lōga excusatione crimen omne
in Annibalem transtulissent, pr̄tor, mo-
re tradito à patribus, potestatem interro-
gandi legatos si quis uellet, fecit. cumq;
illi parum constanter responderant, ne-
gata pace dimissi sunt.

Per eos quoq; dies Gn. Seruilius alter cōsulū, haud dubius, quin pacatæ Italæ penes se gloria esset (quod multæ in Brutijs urbes ad eum defecerant, ac leui quo dam prælio Annibalem uicerat, secundum q; id confestim Italia reuocatus excesset) uelut pulsum ab se Annibalem persequens, in Siciliam, inde in Aphricam transiturus, traiecit, quod ubi Romæ uulgatum est, primo censuerunt patres, ut prætor scriberet consuli, senatu æquum uideri, ut his reuerteretur in Italiam. Deinde, cum Prætor spreturū eum literas suas diceret, dictator ad id ipsum creatus P. Sulpitius pro iure maioris lmperij consulem in Italiam reuocauit. Sequenti anno Aelius à Gn. Seruilio Geminio dictatore magister equitum est distus, ut comitia haberentur: quibus ultra solenne tempus (id erant tum idus Martiæ) per tempestates dilatis, creati tādem consules P. ipse Aelius Poetus, & Cornelius Lentulus. qui cum cupiditate Aphriçe prouincię flagraret, nec quicquam prius agi pateretur, quā sibi Aphrica decreta esset: coiçedēte Aelio moderato viro
 & pru

& prudente, qui glorię eius certamen cū Scipione, præterquam quod iniquum esset, etiam impar futurum cernebat, res ad populum agitata, postremo Senatuſ permittaſt. Patres igitur iurati (ita cōuenierat) censuerunt, uti Consules prouincias inter ſe compararent, ſortirentur, uter Italiam, uter classem nauium quinquaginta haberet, multis additis, quæ alterutrum gerere oportet. Aelio Italia prouincia fuit, & cum collega duas urbanas legiones ſcribere iussus, ut quatuor decim legionibus eo anno centum nauibus longis Respubl. administraretur. Eo anno finitum ſecundum Punicū bellum paxq; potentibus Carthaginensibus data. Eodem anno cum Romæ de bello Macedonico consultatetur, res integrā ad Aeliū Consulem, qui tunc in prælio cum Boijs erat, reiecta est, nam per id tempus P. Aelius Cos. in Gallia cum audiffecit à Boijs ante ſuum aduentum incursiones in agros ſociorum factas, duabus legionibus ſubitarib; tumultus eius cauſa scriptis, additisq; ad eas quatuor cohortibus de exercitu ſuo C. Appium præfētum

g s etum

Etum socium hac tumultuaria manu per
Umbriam (quā tibum Sappiniam uo-
cant) agrum Boiorum inuadere iussit, ip-
se eodem aperto itinere per montes du-
xit. Appius ingressus hostium fines, pri-
mo populationes satis prospere actuto
fecit. Delecto deinde ad castrū Mutilum
satis idoneo loco, ad demerenda frumenta-
ta (iam enim maturæ erat segetes) profe-
ctus, neq; explorato circa, nec statioībus
satis firmis, que armate inermes atq; ope-
ri intentos tutarentur, positis, improvis-
so impetu Gallorum cum frumentato-
ribus est circuuentus. Inde pauor fugaq;
etiam armatos cepit, ad septem millia
hominum palata per segetes sunt cæla,
inter quos ipse C. Appius præfectus, ca-
teri in castra metu cōpulsi, inde sine ces-
to duce consensu militari proxima no-
ste, relicta magna parte rerū suarum, ad
Consulem per saltus prope inuios per-
uenere. Qui nisi quod populatus est Bo-
iorum fines, & cum Ingaunis Liguribus
scodus icit, nihil quod esset memorabile
aliud in prouincia cū gessisset, Romā re-
dijt. Cum primum Senatum habuit, uni-
uersis

uersis postulantibus, ne quam prius rem
quam de Philippo sociorumq; querelis
ageret, relatum extemplo est, decreuitq;
freques Senatus, ut P. Aelius Cos. quem
uideretur ei, cum imperio mitteret, qui
classe accepta quā ex Sicilia Cn. Octau-
us reduceret, in Macedoniam trañceret.
M. Valerius Leuinus proprator missus.

Exitu anni cum crearentur Decemui-
ti qui agrum Samnitē atq; Appulum
(publicus enim populi Rom. erat) meti-
rentur, & militibus qui cū Scipione bel-
lum Punicum confecerant, diuiderent,
in his & P. Aelius creatus est, decretumq;
ut, quod quisq; miles annos in Hispania
aut Aphrica militasset, in singulos annos
bina iugera acciperet, eum agrum De-
cemviri assignarunt. Aelius per eosdem
dies comitia creandis magistratibus ha-
buit. Biennio post, querentibus Nat-
nientium legatis ad numerum sibi colo-
nos non esse, & immixtos quosdam
non sui generis pro colonis se gerere, ea-
rum rerum causa triumviro creare Cor-
nelius Consule est iussus. creatus P. Aelius
cum Sex. fratre & P. Cornelio Lentulo.

Eodem

Eodem anno cum Censores crearentur, multis claris peretibus uiris, ipse prætatus cæteris, ac P. Cornelio Scipioni Africano collega est datus. iij magna inter se concordia & Senatum sine ullius nota regebant, & portoria uenalium Capuæ Puteolisq; item castrorum portoris um, quo in loco post oppidum fuit, frumentum locarunt, colonosq; eo trecentos (is enim numerus finitus ab senatu erat) adscripserunt, & sub Tifatis Capuæ agru uendiderunt. Biennio post, cum decem legati in Macedonia mitterentur de quorum cōsilio T. Quintius inibi imperator leges pacis Philippo Macedoniæ Regi uicto daret, in ijs & P. Aelius fuit, itaq; secuto anno profectis legatis leges datae, singula eius legationis percurrere, quia caput eius Aelius non fuerit, haud est uisum, certe legatos preterea Regum gentiumq; audiueret, & ab ijs omnium eorum prouinciarū status formatus est. Cum deinde munia inter legatos diuidarentur, uel diuisa prius à Senatu essent, quam quisq; gentem Regemq; ordinaret, ad dirimenda inter Antiochum Sy-

tiz

riæ & Ptolomæum Aegipti reges certas
mina missum cum quatuor collegis P.
Aelium Sesymbriam in quibusdam lo-
cis inuenio, unde re infecta discessum est
& Legati Romam sequenti anno redie-
re, ac Senatui quo in statu res orientis &
Græciæ essent, quidq; egissent, tñtulerunt.

Sequenti anno, postulâte T. Quintio
qui Philippum devicerat, ut de ijs quæ
cum decē legatis ipse statuisset, Senatus
audiret, eaq; si uiderec̄t, autoritate sua con-
firmaret, Græcię legatis in Senatum in-
troductis auditisq; benigne omnibus re-
spōsum, cum Antiocho quia longior di-
sceptatio erat decem legatis, quorū pars
aut in Asia aut Lysimachiæ apud Regem
fuerant, delegata est. Quintio mandatū,
ut adhibitis ijs, legatorū Regis uerba au-
diret: quibus auditis, reçp iterum ad Sena-
tum delata, legatos mitti ad Regem eos-
dem qui Lysimachiæ apud eum fuerant
placuit, P. Sulpitium P. Iulium, P. Aeliū,
ijsq; è uestigio profecti sunt. Cogortamē
de Liuiani codicis fide subambigere. Nā
quamuis in postrema hac legatione fu-
isse P. Aelium aperite tradat, non tamen
ubi

ubi Ly simachię primū congressum cum
Rege exponit, affuisse Aelium dicit, et in
hac ipsa posteriore legatione exponebat,
postque ad Regem uentum est, nullā Aeliū
mentionē facit, & duos tantū legatos cō
memorat, nisi quod ex Claudio fuisse in
ea legatione Aphricanū scribit. Vnde in
gesimo inde anno P. Aeliū trium uitrum
inuenio in Coloniam Lunam duo mil-
lia ciuium Ro. cum collegis deduxisse,
ac quingena & singula iugera et semisses
agri in singulos dedit, de Ligure captus
is ager erat Hetruscorum, antequam Li-
gurum fuerat, incertum tamen facit non
additum Peti cognomen, an ad hunc ea
deductio pertineat, quod fuit per eam tem-
pora alter P. Aelius cognomine Ligur.

Sequenti demum anno Pattus, cū Au-
gur esset, pestilētia obiit. In cuius locum
ne honos de familia exiret, Q. Aelius Pat-
tus suffectus est quem Q. Aeliū ne illum
esse putem, qui à Pomponio inter iuris
peritos ponitur, ut Publī huius aut Sex-
ti filius, facit, quod hunc Q. Aelium con-
sulatum gessisse reperio, quem adimere
Pomponius illi filio uidetur.

Sex.

SEX. AELIUS

SEx. Aelius Pætus, Publīj frater, ædīs
Slis Curulis cum M. Claudio Marcello,
anno ab urbe cōdita quingentesimo
quadragesimo primo, frumenti uim ma-
gnam ex Aphrica ad uectam binis æris
in modios populo diuisit, & iudos Ro-
manos cum magno apparatu fecit, di-
em unum instaurauit, signa ænea quin-
que ex multatitio argento in ærario po-
suit. Sequenti anno ad supplendos
Narniensibus Colonos, secernendosq;
qui non sui generis immisti pro Coloni-
nis se gerebant, Triumuir à Consule cum
P. fratre & P. Cornelio Lentulo creatus
est. Consul anno proximo creatus
cum T. Quintio Flaminio, cum quo ex
Senatus consulto in Capitolio scripto
sortitus prouincias, Italiam obtinuit,
cum nouo omni exercitu, nam deles-
tum habuit. Attali inde Regis legatos
in Senatum cum collega introduxit, eis
demq; Senatus iussu, ut optabat, respon-
dit. Cumq; prodigia multa nuntiaretur,
supplicatio unū diē habita, & Consules
rebus dignis operā dederunt, placatisq;
Dīs

Dij̄s in prouincias profecti sunt. Aelius cum Aelio prætore in Galliam insubrium, exercitumq; ab L. Lentulo acceptum quem dimittere debebat, Prætori tradidit, ipse nouis legionib; quas secum ad duxerat bellum gesturus. Neq; memoria bilis rei quicquam gessit, cum duos exercitus in prouincia habuisset, unum retentum, quem dimitti oportebat, cui L. Cornelius Proconsul præfuerat (ipse ei C. Aelium Prætorem præfecit) alterum, quem in prouinciam adduxit, totum prope annum Cremonensibus Placentinisq; cogendis redire in Colonias, unde bellicis dissipati erāt, consumpsit, itaq; Galilia eo anno præter spem quieta fuit.

Inde comitorū causa Romam recessus, creauit Consules Gn. Cornelium Cethegum & Q. Minutium Rufum, biduo post Prætorum comitia habuit. Quaeruntur triennio post creatus Césor cum C. Cornelio Cethego, principē Senatus P. Cornelium Scipionem Africanum, tunc iterum Consulem, quem & priores Centiores legerant, legit. tres omnino Senatores, neminem Curuli honore usum præterit;

terijt, gratiam quoq; ingentem sibi apud
 eum ordinem peperit, quod iudicis Ro.
 imperauit ædilibus Curulibus, autore
 Aphricano consule, ut loca senatoria se-
 cernerent à populo: nam antea in promi-
 scuo spectabant. itaq; senatus tum primū
 secretus à populo ludos spectauit, cum
 magna plebis indignatione, nec sine A-
 phricani autoris pœnitētia, mos tamen
 inualuit, equitibus quoq; perpaucis ades-
 mit equos, nec in ullum ordinem sœuñt,
 Atriū libertatis & uilla publica ab eo rese-
 ñta amplificataq;. Ver sacrum ludiq; uoti-
 ui, quos uouerat septennio ante Seruius
 Sulpitius Galba consul, facti, omnia cō-
 muniter cum collega, nam sequentibus
 sex mensibus lustrū à collega conditum.
 Is Sex. Aelius ex illis est, qui more ueteri
 transuerso foro ambulantes, ciuibus o-
 mnibus consilij sui copiam faciebant, ad
 quos olim & ita ambulantes & in solio
 domi sedentes, de rebus omnibus refere-
 batur de quo more nos latius in Corun-
 cano diximus. Habitus est enim Aelius
 non modo omnium æqualium suorum
 iuris peritissimus, sed etiam ad dicendum
 h paratus,

paratus, ut non immerito Ennius poeta eum ita laudauerit. Egregie cordatus homo carus, Aelius sextus. Extabat libertas eius Pomponij tempore, qui tripartita inscriptus erat: quod lege. xij. tabularum proposita, iungebatur interpretatio, de hinc subtexebatur legis actio, ita ueluti cunabula iuris continebat, & ius Aelianum appellabatur. Eiusdem tres alii esse libri serebantur, quos tamen quidam eius negabant esse. Cicero certe ad Trebatium scribens, auctore Sex. Aelium facit eius sententiae, quod possit haeres recte furti agere de furto, quod antea factum esset. Sed & in libris de Oratore & Topicis commentarios Sexti Aelij citat, & aliquot praeterea autores uerustissimi, ut appareat uehementer scripta Aelij ea tempestate in manibus hominum esse uersata.

AELIVS PAETVS FILIVS.

AElij filium inter Iureconsultos ponit Pomponius, sed ita, ut nescias Publione an Sexti filium intelligat, neque praenomen adjicit. Cæterum cum in Liuji annalibus duo iuniores per P. & Sex. Aeliorum

orum tempora Aelij nominentur, nos us
triusq; uitam in incertū collegimus, quæ
alioqui non nihil attinere ad gloriam pa
tris ac patrui poterat, quādoquidem nē
grauissimis quidē philosophis displiceret,
partē fœlicitatis in posterotū utiq; proxim
morū successibus esse positam. C. igis
tur Aelius ædilis plebis cum esset P. Cor
nelio Lentulo P. Iulio Appulo consuli
bus, ludos plebeios cum collega instau
rauit, epulum ludorum gratia loui fecit.
Eodemq; anno in insequentē pretor cre
atus, Galliam insubrium prouincia for
titus est, & eo cum Sex. Aelio consule pa
tre uel patruo (ut quidē nos opinamur)
profectus, nihil memorabile gessit, ut in
uita Sex. Aelij scripsimus. Nouēnio post
C. Aelium siue Helium (nam ubiq; ea
ambiguitas est) auspicjs Gn. Manlij uol
sonis consulis militasse in bello aduersus
Gallogræcos inuenio. legatum arbis
tror consuli datum. In eo bello, cum ad
Olympum pugnaturus consul esset, tri
fariā diuisio exercitu, Aelium cum tertia
parte circuire sensim per intima montis,
deinde ab æstiuo occasu erigere agmen

h a iubet

iubet. Ille, ut & alter legatus ab alia parte, cum quoad uiam colles obliqui descendunt, ascédisset, posteaquam ad iuuentum est, flexit iter in partem montis, quæ una habebat iter, & sequi consulis agmen uelut ex cōposito cepit, quod primo optimū factu fuisset, in id necessitate ipsa compulsus, subsidia enim in talibus iniuitatibus locorum maximę spe suis fuerint, ut primis forte deturbatis, secundi & tegant pulsos, & integri pugnā excipiant. Itaq; hostes fusi, capta castra: à quorum direptione cum consul milites ad insequendum hostem diuertisset, C. Aelius cum tertio agmine aduenit, nec continere suos à direptione castrorū ualuit: prædaq; eorum, qui pugnæ non interfuerant, iniuissima sorte facta est. Sequenti etiam anno in eadem legatione fuit. M. uero Aelius anno post Caium ædilis plebis cum fuisset, creatus in insequentem quartus est prætor. Quo primū anno sex prætores creari cepti, crescentibus iam prouincijs, & latius patescente imperio. In eo magistratu ulteriorem Hispaniam prouinciam sortitus, cum Gn.
Sempro

Sempronius Tuditanus collega eius, qui cum etiam ædilitatem gesserat, citerior rem obtinuissest, à senatu terminare iussi sunt, qua ulterior citeriorq; prouincia seruaretur, militum octo millia peditum scium ac latini nominis & quadringentes equites accepit, ut è prouincia sua veterem mitteret militem. Forte ingēs eo anno in ulteriore Hispania coortum est bellum. M. Aelius literis senatum certorem fecit, Culcam & Luscinonem regulos in armis esse. cum Culca decem & septem oppida, cum Luscinone fidias urbes Cerdonem & Bardonem & maritimam oram omnem, quæ nondum superioribus bellis animum mutauerat, ad finitimarum motus consurrecturam. Literis lectis, successuro prætori bellum decreatum est. nec quidquam præterea ab eo in ea prouincia memorabile gestum resperio, cum triennium in ea fuisset. Nam finito anno, in quem ei data fuerat, rerentus ibi longo & graui fuerat motbo. Cæterum decedenti inde Aelio cum præsidio sex millium militum à prætore dato, Celtiberi agmine ingenti ad oppidum h; illiturgim

CXVIII A T T I L I V S

Iliturgim occurserunt. uiginti millia ar-
matorum fuisse Valerius scribit, duode-
cim millia ex ijs cæsa, oppidū Iliturgim
receptū, & puberes omnes interfectos.
Inde ad castra Catonis Cos. Aelius per-
uenit, & quia tuta iam ab hostibus regio
erat, præsidio in ulteriore Hispaniā re-
missō Romam contendit, & ob rem fœ-
liciter gestam ouans est ingressus. Argen-
ti infecti tulit in ærarium quatuordecim
millia pondo, septingenta triginta duo,
& signati bigatorum decem septem mil-

A b Osca His lia uiginti tria, & oscensis argēti centum
spaniæ, quæ uiginti millia quadringēta triginta octo.
argenti ferax Causa negati triumphi fuit, quod alieno
pulcherrimi, auspitio & in aliena puincia pugnasset.
ut in xxxiiij. Sequenti anno cum duobus collegis Tri-
umuit coloniæ deducendæ Syptum
in agrum, qui Arpinorum fuerat, coloni-
am ciuium deduxit.
p l i n .

A T T I L I V S S A P I E N S.

L Attilius, siue ut est in Pomponio, P.
(nam ego plus fidei in hoc Ciceroni
adhibendum puto) qui sapiens primus
à populo Ro, appellatus est, quod præ-
dens

dens esse in iure ciuili videbatur, is (opis
 nor) est, qui cum M. Aelio prætor postre
 mus creatus Sardiniam prouinciam for-
 te obtinuit. Vbi nihil, quod magnopere
 in memoria dignum sit, ab eo gestum re-
 perio. Familia, quamquā plebeia, inge-
 nium uirorū ferax. Principem in ea con-
 sulatus inuenio M. Attilium Regulum,
 nam eo potissimum cognomento Sera-
 niq; & Calatini Balbi ac Glabronis in-
 clyta, collegā M. Valerij Coruini quar-
 to consulatu. multo ante Tr. militū Cos.
 potestatebis L. Attilium, prætorem lon-
 go interuallo M. Attiliū, Secutus est Re-
 gulus ille Seranus bis cos. qui raro fauere
 fortunā summæ uirtuti docuit. Captus
 enim à Carthaginensibus per primum
 bellum punicum, Romamq; ad commu-
 tandos captiuos, data redeundi fide, di-
 missus, eam permutationē in senatu dis-
 suasit, & ad hostem reuersus, miserabili
 tormento & cruciatu dispergit. Is aliquotq;
 præterea maioribus illustris Attilius no-
 ster familię titulis, sepietię cognomen ad-
 iecit, ne sola auo & gloria niteretur: sed ut
 posteris, q; plurimi & clarissimi extitere,

h 4 hac

CXX P. CORNELIUS

hac uera humani animi laude prælucet. Quam eandem Græco cognomine Sempronius ante obtinuerat. in quo Accursius & Zasius frustra torquentur.

*Accursij et
Zasij error.*

P. CORNELIUS
Scipio Nasica.

PAtritia gens Cornelia nobilitatis antiquę fuit, ut quæ uigesimū quintum ab electis regibus consulatum & decemviratum gesserit. inter cognomina primum Maluginense, ab origine (ni fallor) prioris patriæ, obtinuit. Cossi dein, Scipiones, Scapulae, Barbati, Lentuli, Dolabellæ, Ruffini, Merendæ, Blæsi, Falcones, Cethegi, Merulæ, Leuini, Cinnæ, Syllæ. Scipiones quoq; uarijs agnominibus distincti, Aruinæ, Aliniæ, Calui, Nasicæ, & à deuictis prouincijs Aphricani, Asiatici. Eorum primus legitur P. Cornelius Scipio magister equitum M. Furij Camilli primum dictatoris. idemq; anno sequenti Tr. militum Cos. po. quinquennio fere ante captam à Gallis urbem, diuq; post primum Cos. L. Cornelius Scipio Aruina, Nasicam neminem ante hunc, cuius

cuius nunc uitam scribimus, dictum resperio. Igitur P. Cornelius Scipio Nasica, Gn. Cornelij Scipionis in Hispania occisi filius, frater patrue lis fuit Aphricano maiori. Eum inter Iureconsultos nominat Pomponius. Is cum bello Punisco secundo, M. Cornelio Cethego, P. Sempronio Tuditano Consulibus, uel proximis prioribus, Scipione scilicet Aphricano, & P. Lucinio (nam utrumq; Liuius diuersis locis à se ipse dissentiens scribit) ut alienigena hostis ex Italia pelleretur, monitu Sibillini carminis, Idæa mater magna Deum Cybele è Phrygię oppido Pessinunte Romam ad ueheretur, ac iam Tarracinam aduenisset, & recipi eam hospitio optimi in ciuitate uiri, consecratiq; ex oraculo Pithyo oporterer, haud paruae rei iudicium Senatum tenebat, qui uir optimus in ciuitate esset. Veram certe uictoriā eius rei sibi quisq; mallet quā ulla imperia honoresue, suffragio seu partum seu plebis delatos. P. C. iurati P. Scipionem Nasicam adolescentē nondum quæstorium (quibus uirtutibus non truditur) iudicauerunt in tota ciuitate ui-

h , s , rum

CXXII P. C O R N E L I V S

rum optimum esse. Quæ laus uni huic
 condito æuo contigit. Itaq; explica totos
 fastos, constitue om̄nes currus triumpha-
 les, nihil tamen in eorum principatu spe-
 ciōsius reperies. Igitur cum omnibus ma-
 tronis Hostiam ire iussus obuiam Deæ,
 isq; eam de naue accipere, & in terram
 delatam tradere referendam matronis.
 Postquam nauis ad hostium amnis Ty-
 berini accessit, sicut erat iussus, in salom
 naue euectus, ab fæcere: fæcere: Deam ac-
 cepit, extulitq; in terrā, lapis erat, quem
 matrem Deum incolæ dicebant, ab Atta-
 lo Rege Asiae Romanis traditus. Matro-
 næ primores ciuitatis, inter quas unius
 Claudiæ Quintiæ insigne est nomen, ac-
 cepere: cui dubia (ut traditur) antea fa-
 ma, inducta Romam Deorum matre,
 cum nauē autē, qua uehebat aduerso Ty-
 beri, repente in uado commorata, &
 nullis viribus mobilem zona pertraxi-
 set precata Deam, ut si pudicam se sciret,
 sequeretur, clariorem ad posteros tam te-
 ligioso ministerio pudicitiam fecit. Ex
 per manus succedētes deinde aliæ alijs,
 om̄ni effusa ciuitate obuiam, thuribulis
 ante

anteianuas positis, qua præferebatur, atque accenso thure, precatiibus ut uolens propitiaq; urbem Romā iniret, in ædem uictoriæ, quæ est in Palatio, pertulere Deam pridie Idus Aprilis, isq; dies festus fuit, populus frequens dona Deæ in Palatio tulit, lectisterniumq; & ludi fuere Mægalesia appellata. Alibi Liuius ab ipso Nasica delatam Romam à mari Deam in Palatum scribit, quod tamen opera mulierum, præeunte ipso, quasi ab eo factum intelligi potest. Quidam addunt Deam ab ipso priuatis etiam ædibus exceptam. Decenio inde prætor factus (nihil enim inter hæc scriptum de eo cōpeti, nisi is fuerit, qui quinq; ante annis triumuit ad supplendū Venusiniis colonorum numerum cum Terentio Varone T. Quintio Flaminio est datus, colosq; ascripsit Quod et ad Aphricanum pertinere potest. Nam uterq; P. Cornelius Scipio dicebatur, neq; est aut Aphricani, aut Nasicæ agnomen additū, ut celebriorem accipi Aphricanum par sit) ut teriorem Hispaniam sorte obtinuit. Ibiq; trans Hiberū multa secunda prælia fecit.

Quo

Quo terrore non minus quinquaginta oppida ad eum defecerunt, Prætor hæc gessit. Postero anno proprætor Lusitanos peruastata ulteriori prouincia cum ingenti præda domum redeentes, in ipso itinere aggressus, ab horatertia diei ad octauam incerto euétu pugnauit, numero militū impar, superior alijs. Nam & acie frequēti armatis aduersus lōgum & impeditum turba pecorum agmen, & recenti milite aduersus fessos longo itineri occurrerat, tertia namq; uigilia exierat hostes, huic nocturno itineri tres diutinae horæ accesserant, nec ulla quiete data laborem uiæ prælium exceperat. Itaq; principio pugnæ uigoris aliquid in corporibus animisq; fuit. & turbauerant primo Rom. deinde æquata paulisper pugna est. In hoc discrimine ludos Ioui, si uifudisset excidissetq; hostes, Proprætor uouit, tandem gradum Rom. acrius intulerunt, cessitq; Lusitanus, deinde prorsus terga dedit, & cum institissent fugientibus uictores, ad duodecim millia hostiū sunt cæsa, capti quingenti quadraginta, omnes ferme equites, & signa militaria capta

capta centum triginta quatuor, de exercitu Rom. septuaginta & tres amissi. Pugnatū inde haud procul Ilipa urbe est, eo uictorem opulentū præda exercitum P. Cornelius reduxit, ea omnis ante urbem exposita est, potestasq; dominis suas res cognoscendi facta, cetera uendenda que stori data, quod inde redactum est, militi diuinum. Quæ res eo opportuniores eueneret, quod Sex. Digitius citerioris Hispaniæ prætor creba aduersa prælia fecerat, & dimidiū acceptorum militū amiserat, ut nisi Scipio Hispanos cōtudisset, omnis Hispania sublatura animos fuerit. Inde Romā reuersus, in maximo consulatus ambitu, competitore ex Patricijs L. Quintio Flaminio, & C. Mallio Volsone in Campum descendit. Sed omnis um oculi in Quintium & Cornelium cōieci, nam & in unum locum tendebant Patricij ambo, & rei militaris gloria res cens utrumq; commendabat. Cæterū ante omnia certamen accendebant fratres candidatorum, duo clarissimi suæ ætatis Imperatores, maior gloria Scipionis, & quo maior, eo prior inuidiq;. Quintij recen-

cij recentior, ut qui eo anno triumphas-
set. Accedebat quod alter decimū iam
prope annum assiduus in oculis homi-
num fuerat. quēres minus uerendos ma-
gnos homines ipsa satietate facit. Con-
sul iterum post deuictum Annibalē Cen-
forq; fuerat. In Quintio noua & recentia
omnia ad gratiam erant, nihil nec perie-
rat à populo post triumphum, nec ades-
ptus erat. Pro fratre germano non patru-
ele se petere aiebat, pro legato & partici-
pe administrati belli, se terra, fratrem ma-
ri rem gessisse. Is obtinuit, ut præferretur
candidato, quem Aphricanus frater du-
cebat, quem Cornelia gens, Cornelio
Consule comitia habente, quem tan-
tum præiudicium Senatus, uitum è ciui-
tate optimum iudicatum, qui matrem
Idæam Pessinunte uenientem in urbem
acciperet. L. Quintius & Gn. Domitius
Aenobarbus Coss. facti, adeo ne in ple-
beio quidem Consule, cum pro C. Lelio
niteretur, Aphricanus ualuit. Sequentis
tamen anni consulatum in magna rur-
sus competitorum contentione accepit,
ut delatum priore anno tali uiro, non ne-
gatum

gatum honorem appareret. Initio magistratu, Consules à Patribus priusquam de prouincijs agerent, res diuinias facere maioribus hostijs iussi sunt in omnibus phanis, in quibus lectisternium maiore parte anni fieri solet, precariq; quod Senatus de novo bello in animo haberet, ut ea res Senatui Populoq; Romano bene atq; feliciter eueniret: ea omnia sacrificia læta fuerunt, primisq; hostijs perlitatum est, & ita aruspices responderunt. Eo bello terminos populi Romani propagari, uictoriam ac triumphum ostendi. Hæc cum renunciata essent, solutis religione animis, Patres rogationem ad populum ferri iusserunt, uellent iubarent ne cum Antiocho Rege, qui uicem secundam eius fecuti essent, bellum initu. Si ea perlata rogatio esset, tum, si ita uideretur Consulibus, rem integrum ad Senatum referrent. P. Cornelius eam rogationem pertulit. Tum Senatus decrevit, ut Consules Italiam & Græciam prouincias sorbitentur. Cui Græcia euenisset, ut præter eum numerum militum, quem P. Quintius in eam prouinciam ex autoritate
Senatus

Senatus scripsisset imperassetue, eum exercitum acciperet, quem M. Bebius prætor anno priore ex S. C. in Macedoniam tracieisset, & extra Italiam permisum, ut si res postulasset, auxilia ab socijs nes pra v. millia numero acciperet. L. Quintium superioris anni Cōsulem legari ad id bellum placuit. Alter Cos. cui Italia prouincia euenisset, cum Boijs iussus bellum gerere utro exercitu mallet ex duobus, quos superiores Coss. habuissent, alterum ut mitteret Romam, exq; urbanæ legiones essent paratae, quo Senatus censuisset. His ita in Senatu, ad id quæ cuius prouincia foret, decretis, tum demū sortiti Consules placuit. Attilio Græcia, Cornelio Italia euenit. Certa deinde sorte, Senatus consultum factum est, quod Populus Ro. eo tempore duellum iussisset cum Rege Antiocho esse, quiq; sub imperio eius essent, ut eius rei causa supplicationem imperarent Consules. Supplicatio paulo postab duobus Consulibus edita per biduum fuit. Cum instaret in Græciam & aduersus Antiochū Regem Syriæ bellum, adeo in apparatum curāq; eius

eius belli ciuitas intenta fuit, ut P. Cornelius Consul ediceret, qui Senatores essent, quibusque in Senatu sententiā dicere licet, quique minores magistratus essent. ne quis eorum ab urbe Roma longius abiaret, quā unde eo die redire posset: ne eū uno tempore quinq[ue] Senatores ab urbe Roma abessent. Deinde, priusquam in prouinciam suam ad bellum, quod cum Boīs gerendum erat in Cisalpina Gallia proficisceretur, postulauit ab Senatu, ut pecunia sibi decerneretur ad ludos, quos prætor in Hispania inter ipsum discrimen pugnare uouisset. Nouum atque iniquum postulare est uisus. Censuerunt ergo, quos ludos inconsulto Senatu ex sua unius sententia uouisset, eos uel de manib[us], si quam pecuniam ad id reseruasset, uel sua ipse impensa faceret. Eos ludos per dies decem P. Cornelius fecit. Per idem ferè tempus ædes matris magnæ idæ dedicata est, quam deam is P. Cornelius aduectam ex Asia in Palarium à mari detulerat. Locauerant ædem faciem, endam M. Liuius C. Claudius Censores M. Cornelio T. Sempronio Coss Tertio
 i decimo

decimo anno postea quam locata erat,
 dedicauit eam M. Iunius Brutus, iudic
 ob dedicationē eius facti, quos primos
 scenicos fuisse Valerius Antias est autor,
 Megalesia appellatos, quidā ab ipso Nas
 sica factam dedicatamq; ferunt. Cum ad
 huc Romæ maneret, nūciatis prodigijs,
 iussus à Senatu est, ut qbus dñs quibusq;
 hostijs edixissent decemuiri, sacrificaret.
 placatis dñs nunc uotis rite soluendis,
 nunc prodigijs expiādis, in provinciam
 proficiscitur, atq; inde Gn. Domitiū pro
 consulem dimisso exercitu Romam de
 cedere iussit. Ipse in agrum Boiorum le
 giones induxit, ac duobus ferè post men
 sibus cum Boiorum exercitu signis col
 latis egregie pugnauit. Duodetriginta
 millia hostium cesa Antias Valerius scri
 bit, capta tria millia & quadringētos, si
 gna militaria cxxiiij. equos mille ducen
 tos triginta, carpenta ducēta quadragin
 ta septem. ex uictoribus mille quadrin
 gentos octoginta quatuor cecidisse. ubi
 in numero scriptori parum fideisit, quia
 in augendo eo non aliis intemperatio
 est, magnam tamen uictoriā fuisse ap
 paret,

paret, quod & castra capta sunt, & Boii
 poste am pugnam extemplo dediderunt
 fere, & quod supplicatio eius uictorię cau-
 sa decreta ab senatu, uictimæq; maiores
 cæsæ: Inde primo obsidibus à Boiorum
 gente acceptis, agri parte ferè dimidia
 eos multauit. quo, si uellet, Populus Ro.
 coloniam mittere possit. Inde Romam
 ut ad triumphum haud dubium dece-
 dens, exercitum dimisit, & adesse Romę
 ad diem triumphi iussit. Ipse postero
 die, quam uenit, senatu in ædem Bello-
 næ uocato, cum de rebus ab se gestis dis-
 seruisset, postulauit, ut sibi triumphanti
 liceret in urbem inuehi. P. Sempronius
 Blæsus Tribunus plebis non negandum
 Scipioni, sed differendum honorem tri-
 umphi censebat: bella Lygurum Gallis
 cis semper iuncta fuisse, eas inter se gens-
 tes mutua ex propinquo ferre auxilia, si
 P. Scipio deuictis acie Boijs aut ipse cum
 uictore exercitu in agrum Lygurum tran-
 sisset, aut partem copiarum Q. Minutio
 misisset, qui iam tertium ibi annum du-
 bio detineretur bello, debellari cum ly-
 guribus potuisse, nunc ad triumphum
 i 2 frequen-

frequentandū deductos esse milites, qui
egregiam nauare operam Reip. potuisse-
sent: possent etiam, si senatus quod festis
natione triumphi prētermissum esset, id
restituere, differendo triumpho, ueller:
iuberent Cos. cum legionibus redire in
prouinciam, dare operam, ut lygures su-
bigantur. Nisi illi cogantur in ius ditio-
nemq; populi Ro. ne Boijos quidē quie-
tueros, aut pacem aut bellum utrobiq; ha-
benda. Deuictis lyguribus paucos post
menses proconsulem P. Cornelium mul-
torum exemplo, qui in magistratu non
triumphauerunt, triumphaturum esse.
Ad ea Consul, neq; se lygures prouincia
sortitum esse ait, neq; cum lyguribus bel-
lum gessisse, neq; triumphum de ijs po-
stulare. Q. Minutium cōfidere breui sub-
actis ijs merito triumphum postulaturū
atq; impetraturū esse, se de Gallis Boijos
postulare triumphum, quos acie uicerit,
castris exuerit, quorū gentem biduo post
pugnam totā accepert̄ in ditionem,
à quibus obsides abduxerit pacis futuræ
pignus. Verum enim uero illud multo
maius esse, quod tantum numerum Gal-
lotum

Iorum ceciderit in acie. quod cū tot milib⁹ certe Boīorum nemo ante se imperator pugnauit, plus partem dimidiā ex quinquaginta millibus hominum cæsam. multa millia capta, senes puerosq; boīis superesse. Itaq; id quenquā mirati posse, cur uictor exercitus, cū hostem in prouincia neminem reliquisset, Romā uenerit ad celebrandū Cos. triumphum: Quorum militum si & in alia prouincia opera uti Senatus uelit, utro tandem modo promptiores ad aliud periculum nouumq; laborem ituros credat, si persoluta ihs sine detractione prioris periculi laborisq; merces sit: an si spem pro referentes dimittant, iam semel in prima spe deceptos: Nā quod ad se attineat, sibi gloriæ in omnem uitam illo die satis quæsum esse, quo se uirōm optimum iudicatum ad accipiendā matrem Idæam mississet Senatus. hoc titulo, & si nec Consulatus nec triumphus adjicitur, satis honestam honoratamq; P. Scipionis Nasicae imaginem fore. Vniuersus Senatus non ipse modo ad decernendum triumphum cōsensit, sed etiam tribunum ple.

i 3 autorita

autotitate sua compulit ad remittēdam
intercessionem. P. Cornelius Cos. trium
phauit de Boījs. In eo triumpho Gallicis
carpentis arma signa & spolia omnis
generis transuexit, & uasa ænea Gallica,
& cum captiuis nobilibus equorū quoq;
captorum gregem traduxit, aureos tor-
ques transtulit M. cccclxx. ad hæc auri
pondō cccxlv. argēti infecti facti q; in Gal-
licis uasis nō infabre suo more factis duo
milia cccxl. pondo: bigatorum nummū
ccxxxiiij. militibus, qui currū secuti sunt,
centenos uicenos quinos asses diuisi,
duplex centurioni, triplex equiti. Poste-
ro die, concione ad uocata, de rebus ab se
gestis, & de iniuria tribuni, bello alieno
se illigantis, ut suæ uictoriae fructu se de-
fraudaret, cum differuisset, milites ex-
autoratos dimisit. Habitūs inde comis-
tis sub anni exitum. Consules L. Corne-
lium Scipionem, quem ipse competito-
rem in consulatu haberat, C. Lælium
creauit. Biennio inde censuram cum
multis magnæ dignitatis uiris cum pe-
tisset, repulsam tulit. Iterumq; quinque
anno post petitam cum octo competitori-
bus,

bus, haud obtinuit. Anno proximo
triumuir ad Aquileiam coloniam lati-
nam deducendam creatus, & cum T.
Quintio Flaminio, ac L. Scipione Asiati-
co ad Prusiam Bithyniae regem est mis-
sus, ut quidam autores sunt, nam uariat,
satis constat in gratiam Populi Ro. con-
tendente legatione, effectum à Prusia, ut
Annibal pœnus imperator, qui apud
eum forte tum erat, obseptis praesidio
militum omnibus cubili exilibus, sum-
pto ueneno occumberet. Biennio post
Nasica cum collegis coloniam Aquilei-
am deduxit tria millia peditum, quibus
data quinquagena iugera, centurioni-
bus centena, centena quadragena equi-
tes acceperunt. Intercesserant anni un-
decim, cum Hispanis, qui per legatio-
nem se spoliatos uexatosq; à magistrati-
bus Ro. apud senatum querebantur, fas-
ta ab eo potestas est, ut apud datos recu-
peratores quatuor patronos eligerent,
qui suā causam tuerentur. Dissensione in-
ter duarū prouinciarū legatos orta, e iteri
oris Hispaniæ populi M. Porciū Catonē
& Nasicā sumpserūt patronos, ulterioris

L. Paulum & C. Sulpitium, ac duobus
 prætoribus repetundarum reis in exilis
 um expulsis, cæteri silentio oblitterati in
 futurum Hispanis consultum ab Senatu.
 P. is noster Nasica Iurisperitus maiorem
 natu è duabus P. Aphricani maioris pa-
 truelis sui filiam à patre collocatā in ma-
 trimonio habuit. Huic etiam publice do-
 mus in sacra uia data est, quo facilius con-
 suli posset. Huius esse arbitror illud di-
 stum, simulatione stultitiae bellum. Cum
 enim ad poetā Ennium uenisset, eiç ab
 hostio quærenti Ennium, Ancilla dixi-
 set, domi nō esse, Nasica sensit illam do-
 mini iussu dixisse, & illū intus esse. paus-
 cis post diebus tum ad Nasicā uenisset.
 Ennius, & eum èianua quæreret, exclam-
 mat Nasica, se domi non esse. tum Enni-
 us, quid ē ego non cognosco uocem (in-
 quirit) tuam. hic Nasica, homo es (inquit)
 { impudens, ego, cum te quærerē, ancillæ
 tuę credidi, te domi nō esse, tu mihi non
 credis ipsi ē. Iuuat post iocos inserere hoc
 loco ueteris paupertatis cū summa glo-
 ria coniunctæ exemplū. Sororē is Nasica
 habuit, cuius iam adultere virginis dōtem
 cum

SCIPIO NASICA CXXXVII

cum pater Hispaniae præfetus Senatu*s*
 scripsisset sine se expediti nō posse, ac pro
 inde peteret, ut sibi successor mitteretur:
 Senatus ne Resp. bono duce careret, pa-
 tri sui partes desumpsit, consilio q̄ uxo-
 ris ac propinquorum Scipionis constitu-
 ta dote, summam eius ex ærario eroga-
 uit, ac puellam nuptiū dedit, dotis mo-
 dus quadraginta millia æris. Qua pars
 monia uixisse tū priuatos putemus, cum
 Rom. Resp. quæ iam tum uniuersam Ita-
 liam, Hispaniam, Siciliam, Sardiniam,
 & circumiectas insulas numerabat in cē-
 su, haud amplius quam aureos nostra-
 tes. CCCC. filiabus suis in dotem daret
 Plinius de nostro hoc scriptum reliquit,
 bis in toga candida à populo repulsa no-
 tatū esse, quod potest ad illas duas cēsu-
 rę, quas diximus, petitiones pertinere: tā
 et si antea quoq̄ in petitione Consulatus
 semel repulsus erat. Sed quod adiungit,
 non licuisse ei in patria mori, uereor ne
 per errorem exalio Nasica ortū dixerit, Plinius error
 nam ille Gracchanæ cædis inuidia cede-
 re Italia coactus apud Pergamum Asiac
 interiit. Plures enim (ne quid cuipiā for-
 i s te præ-

te præteritum à nobis in huius uita uideatur) post hunc fuere Nasicæ cognomine, primus ille, quem appellatum Corculum ait Cicero, qui bis Consul & Censor fuit, & habitus est eloquens. Quem ego prope est, ut huius nostri filium existimem, licet eū cum hoc iurisperito Corcta Mediolanensis eundem esse falso tradat. Inde Nasica Serapion, qui Gracchū perculit, quem nepotem, & alium inde P. Nasicam, qui Iugurthæ bellum indixit, quem pronepotē fuisse puto ex Brusto Ciceronis. Ostendit id Paternulus plausissime libro posteriore, cum de occidente Gracchi loqueretur, P. Scipio Nasica (inquit) eius, qui optimus à Senatu iudicatus erat nepos, eius, qui Censor potius in Capitolio fecerat, filius, pronepos autē Gn. Scipionis celeberrimi viri, P. Africani patrui. Tametsi falso scriptum est patruus apud Paternulum. Hoc in genere etiam à Valerio Maximo peccatum est, qui putauit eundem esse hunc nostrum Nasicā cum eo qui Cos. Iugurthæ bellum indixerit, et qui multas & pestiferas seditiones oppresserit, qui aliquot annos

annos princeps Senatus fuerit. Itaq; non uidet Valerius duorum triumque hominum ac forte quatuor res in unū congeri, & Consulatus annorū inter se octuaginta interuallo distantes, in unū hominem cōferri. Sed & quod addit de repulsa, ue reor ne non ad hunc pertineat, eiusq; er torem forte secutus sit & Plinius in uniuersa illa laudatione. Id uero tale est (nā adscribere in incertum libuit) cum ædilis tatem curulem adulescens peteret, ac manum cuiusdam rustico opere duratam, more candidatorum tenacius apprehen disset, ioci gratia interrogauit eum, num manibus solitus esset ambulare. Quod dictum à circumstantibus exceptum ad populum manauit, causamq; repulse Scipioni attulit. Omnes namq; rusticæ tribus, paupertatem sibi ab eo exprobatam iudicantes, iram suam aduersus contumeliosam eius urbanitatem distrinxerūt. Igitur ciuitas Ro, nobiliū iuuenū ingenia ab insolētia reuocādo, magnos & utiles ciues fecit, honoribusq;, nō patiēdo eos à scurris peti, debitum autoritatis pōdus adiecit. Nē illud quidem omittendum,

in quo-

in quorundam breuiarijs nostrum hunc
M. dici nō P. quod ego magis mendo li-
bratij quā m̄ autoris mēdacio factū inter-
pretor. Hæc sunt, quæ de Nasica uiro op-
timō ab optimis relata autoribus inueni-
as. Cæterum, quia Cicero cōiecturam
præbet, & autor leuis opusculi de Vitis il-
lustribus plane indicat, iuris scientia ex-
celluisse illum, qui propter hanc cogni-
tionem & eloquentiam & prudens in-
genium sit cognominatus Corculum,
Error autoris quem nos supra huius uiri optimi filium
de uiris illus- fuisse ostendimus (licet eundem cum pa-
stribus tre filium idem autor inscite faciat.) sit ut
Error Pom- uetear ne Pomponius patrem pro filio
ponij in hunc censum retulerit, utq; ea que spar-
sim de Nasica Corculo apud autores les-
guntur, tanquam ad Nasicam Iurisperis-
tum uel suo nomine magis, uel patris nō
multo minus pertinentia duxerim colli-
genda. Sed illud in primis testatū relin-
Error autoris quam, quæcunq; apud autorem Liuianę
Liuiane epitomes epitomes libro xlviij. xlviij. xlix. scripta
epitomes sunt de Scipione Nasica, nos à Corculo
gesta esse existimare, quamuis autor ille
ea ex professo Scipioni uiro optimo à Se-
natū

natu iudicato ascribat. Mouet me, quod
 ad illa usq; tempora peruenisse non opis-
 nor uirum optimum, futurum, si perue-
 nisset, supra octuagenarium, cum tamen
 non sit eius senectus celebris, & quod, si
 eas res Corculo adimas, nihil relinque-
 tur, quod ab eo in tantis honoribus ges-
 stū scripsisse Liuius dici possit, quod qui-
 dem in illam epitomen sit relatū, quod
 mihi uerisimile non sit, hæc autem fere
 sunt. Priore Consulatu Dalmatas do-
 muit. addit Appianus & Scordiscos gen-
 tem Illyricam à L. Scipione prope ad in-
 ternitionem esse deletam, ipsum deinde
 cum Medis & Dardanis sacri auri, quod
 illi expoliatis templis atq; oraculis præda-
 ti fuerant, pactione corruptum iecisse fœ-
 dus, quæ sacrilegij contagio Rempubli-
 cam deinde perpetuis ciuilibus bellis ad
 tyrānidem usq; inuoluerit, quod tamen
 à Corculo ne, qui P. non. L. fuerit gestum
 sit, nondum satis constitutum habeo. Ut
 Corculo attribuam, facit, quod Scriptor
 uirorum illustrium ab eo Consule expu-
 gnata tradit Delminium urbem Dal-
 matarum, additq; imperatoris nomen à
 militibus

militibus & triumphum à Senatu obti-
tum recusasse. Illud igitur certius quod
traditur, cum in finibus Carthaginensi-
um maximus Numidarum exercitus, Ar-
chobazane duce Syphacis nepote, dice-
retur esse, & M. Cato suaderet, ut Cartha-
ginensibus, qui exercitum specie contra
Masinissam Rēgem, sed re uera contra
Rom. accitum in finibus haberent, bel-
lum indiceretur, contradixisse Nasicam,
effectumq; ut legati mitterentur Cartha-
ginem, qui specularentur quid ageretur,
quibus missis, neque satis benigne acce-
ptis, cum Gulussa Masinisse filius denun-
tiasset Carthagine delectus agi, classem
comparari, & haud dubium bellum strui,
Catone suadente, ut ijs bellum indicere-
tur, Nasica dixit, nihil temere faciūdum,
Itaq; rursus legati exploratum missi, qui
cum reuersi legationem retulissent, Ca-
tone & alijs principibus Senatus suadē-
tibus, ut in Aphricam confestim trāspor-
taretur exercitus: Nasica sententiā dixit;
nondum sibi iustum causam belli uide-
ri, quamuis exercitus & classis Carthagi-
ne deprehensa esset, Itaq; placuit, ut bel-
lo abstine-

lo abstineretur, si Catthaginenses classem exussissent, et exercitum dimisissent, sin minus, proximi Coss. de bello punico referrent. Interim, cum Censores theatrum lapideum in urbe, ad Flora lium cæterorumque ludotum spectacula construendum locassent, is ne fieret, grauissima oratione obstitit, persuasitque, ne Græcam luxuriam humilibus patriæ moribus pateretur obrepere, inimicissimum hoc fore inquiens bellatori populo, ad nutriendam desidiam, lasciviamque contemptum, adeoque autoritate sua mouit Senatum, ut non solum uēdi omnia theatro comparata iusserit, sed etiam subsellia, quibus ad breue horæ spatium cōgestis, in ludorum spectaculo iam uti ciuitas ceperat ludis poni intra urbem prospicue mille passus prohibuerit. Quod factū tradit anno ab urbe condita circiter sexcētesimo, ut scilicet remissione animorum iniuncta standi virilitas propria Rogeris nota esset. Sed reclamat hic rursus D. Augustinus, vir, ut cæterarum literarum, ita historiæ quoque peritissimus, qui hanc theatri interpellationem Nasicæ Pont.

Pont. Max. tribuit, id autē sacerdotium
 gessit non Corculus, sed filius eius Sera-
 pion, autore Cicerone atq; alijs. Dein-
 decum Cato non desisteret, quacūq; de-
 re ageretur in Senatu, ad extremum sen-
 tentiæ exclamare delendam esse Cartha-
 ginem, Nasica dissentientis instituit in hunc
 modum cōtrariam tueri sententiam, ut
 semper haberet in ore, è Republ. sibi vis-
 deti, Carthaginē nō euerti, potissimum
 quoniam Populus Rom. secundis rebus
 elatus et insolens à multis iam sceleribus
 contineri non posset, qui prosperitate re-
 rum adeo luxuriaret, ut, quo impetus ani-
 morum ferrer, eo per vim atq; impoten-
 tiā grassaretur. Hunc ergo metum mo-
 deratorem & salutarē quasi frenū quod-
 dam temeritati multitudinis retinēdum
 censebat. Carthaginenses enim quemad
 modum Romanos superare nō possent,
 sic satis esse ad Populum Rom. intra mo-
 derationis terminos continentum. Ad
 extremum tamen peruiicit Caronis sen-
 tentia, non multo magis, si ex euenturez
 rum iudicandū est, Reip. salutaris, quām
 Nasicæ. Placuit tamen, ut urb̄s tantum
 loco

loco moueretur. nihil enim speciosius uisum, quam esse Carthaginem, quæ non formidaretur. Idem alium quoq; consulatum gesit, & cum se aduersus auspicia consulem à Graccho nominatū cōperisset, magistratu se abdicauit. A Tiberio enim Graccho ad collegiū augurum literis ex prouincia missis, quibus significabat, se cum libros ad sacra populi pertinentes legeret, animaduertisse uitio tabernaculū captū, comitijs consularibus, quæ ipse fecisset: eaq; re ab auguribus ad senatū relata, iussu eius C. Figulus è Galilia, Scipio Nasica è Corsica Romā redierunt, & se consulatu abdicauerūt. Quod inter cultæ religionis exempla ponitur. Id tamen priore eius consulatu gestū extimo, in quo habuit collegā Figulū, in posteriore M. Claudiū Marcellū īj. Censoriam fuit. & statuas, quas sibi quisq; perambitionē in foro ponebat, sustulit, porticusq; ut diximus, in capitolio fecit. Multa alia scripta de Nasica reperias, que neq; ad hunc, neq; ad patrem eius referri possint: quale illud, quod scribit Valerius, maxima libertate ad populū dixisse
k Nasicam

Nasicā, plus se quā Quirites, quid Reip.
expeditet, intelligere. quod ad Serapio-
nem pertinere facile discas ex Epitome
Liūj lib. IV. multa in quibus dubites: ut
quod tradit Plinius Nasicā censorē colle-
gam Lanati primū Romæ aqua diuisisse
horas æque noctiū ac dierū: idēq; horolo-
giū sub recto publice dicasse. L. etiā quen-
dā Porciū Nasicā apud Ciceronē regio.

Q. F A B I V S L A B E O.

Q Fabius, qui primus in familiā La-
beonis cognomen attulit, tamet-
si à Pomponio prætereatur, à
Cicerone iuris & literarum atq; antiqui-
tatis bene peritus esse existimatus dici-
tur, iccirco uitam quoq; eius inferendam
putauimus. Fuit enim vir in Rep. magna
dignitatis. Is questor urbanus cum L. Au-
relio. anno ab urbe condita Dxliij, ma-
gnū certamen cū oībus sacerdotibus ha-
buit. Pecunia enim opus erat, quod ultimam
pensionem pecuniæ in bellum col-
latæ persolui priuatis placuerat. Questo-
res ab auguribus Pont. q; qui stipedium
per bellum non contulissent, petebant.
illi

illi ne quicqu tribunos appellauere, omni
umque annorum, per quos non dederat, ex-
actum est. Septenio post pretor classem
sortitus, in Asiam ad mare uenit. quod pa-
catum adepto cogitantique Fabio, cui rei
potissimum insisteret, ne ociosam prouincia
habuisse uideri posset, optimum uisum
est in Cretam insulam tra*ns*cere. Cydoniat*e*
bellum aduersus Gortynios Gnosiosque ge-
reabant, & captiuorum Ro. atque Italici gene-
ris magnus numerus in seruitute esse per
totam insulam dicebatur. Classe ab Ephes-
so profectus, cum primum Cretae litus atti-
git, nuntios circa ciuitates misit, ut armis
absisterent, captiuosque in suis quemque ur-
bibus agrisque conquisitos reducerent, &
legatos mitterent ad se, cum quibus de re-
bus ad Cretenses pariter Ro. que pertinen-
tibus ageret. Nihil magnopere ea Creten-
ses mouerut, captiuos praeter Gortynios
nulli reddidere. Valerius Antias ad qua-
tuor millia captiuorum, quia belli mi-
nas timuerint, ex tota insula redditia scri-
psit, eamque causam Fabio, cum rem nullam
aliagessisset, naualis triuphi impetrandi
ab senatu fuisse. A Creta Ephesum Fabius
k , rediit

redijt, inde tribus nauibus in Thracię orā missis, ab Aenio & Maronia pr̄sidia Antiochi reduci iussit, ut in libertate eæ ciuitates essent. Sequētis anni Cos. mandat Fabio, qui adhuc classi pr̄gerat, ut Patara extemplo proficiseretur, quæq; ibinavæ regiæ essent, concideret cremaretq;. Profectus ab Epheso, quinquaginta etas naues aut concidit aut incédit. Telmessum eadem expeditione, territis subito aduentu classis oppidanis, recepit. Ex Lycia protinus, iussis ab Epheso sequi qui ibi relicti erant, per insulas in Græciā traiecit. Athenis paucos moratus dies, dum Piræum ab Epheso naues uenirēt, totam inde classem in Italiam reduxit. Quidā autores sunt, cum ipse Antiochū bello uicisset, pactusq; esset in fœderis, ut sibi dimidia nauium Regis pars daretur, medias omnes secuisse, ut eum tota clas se priuaret. Romam inde delatus, perito triumpho, cum obstarent Tri. pl. iactarentq; non modo non iuslum bellum ab eo gestum, sed hostem omnino non uisum, à senatu deterriti sunt. ita ille triumphauit. Quadriennio post cum consularum

rum petisset, tanta ambitio exarsit, ut è
 quatuor plebeis cōpetitoribus P. Clau-
 dius Consulis tum Ap. Claudij frater,
Cōsulem secum sine lictoribus toto foro
 circumducens, Fabiū deiecerit, opinione
 omnium iam Consulatui destinatū cla-
 mitantē cum maiore parte senatus, mes-
 minisse Ap. Claudium debere prius se
Cōsulem populi Ro. quam fratrem P.
 Claudij esse, quin ille sedens pro tribu-
 nali, aut arbitrū, aut tacitū spectatorem
 comitiorū se p̄eberet. Coherceri tamen
 ab effuso studio nequivuit. magnis con-
 tentionibus Tribunorū quoq; pl. qui aut
 contra Cōsulem aut pro studio eius pu-
 gnabant, comitia aliquoties turbata, do-
 nec peruicit Appius. Eo anno Fabius
 Polentiā in Picenum, Pisaurum in Gal-
 licum agrum colonias cum collegis de-
 duxit, singulis sena iugera distribuit.
Consul anno proximo, qum de prouinciis
 cum collega ad senatū retulisset, Ly-
 gures cum ijsdem exercitibus, quos pro-
 ximi Consules habuerat, ipse & collega
 decreto obtinuere. qui, priusq; eō profici-
 scerentur, legationes transmarinas in ses-
 k ; natum

natum introduxerunt, quæ tantæ nunque
Romæ fuerant. Tum profecti. Sed Fabi
us in Lyguribus nihil admodū memora
bile gessit. Eodem anno deductā coloni
am Ro. ciuum à Q. Fabio Labeone cum
collegis triumviris Saturniā in agrū Ca
lettanū, & iugera in singulos data dena
inuenio. Sed idem ne fuerit, qui Consul,
autores non tradunt. Ceterū uerissimili
mum uidetur diuersum esse, quod Con
sul in prouincia perseuerauit, ita ut cum
Romā scripsisset Apuanos ad rebellionē
spectare, periculumque esse, ne impetū in
agrum Pisatum facerent, cum exercitu,
quem habebat, ei prorogatū in annum
imperiū sit. Verum ne tum quidē, quia
eodem profecti sunt cum imperio Cons
sules ambo, quidque auspicij aut consilio
Labeonis gestum reperio. Pōtifex inde
mortui locum triennio post suffectus est.
De Q. Fabio Labeone id quoque traditur,
cum arbiter Nolanis & Neapolitanis de
finibus agri constituēdis datus esset à Se
natu, & ad locum uenisset, cum utrisque se
paratim locutū, ne quid cupide agerent,
nec appeterēt, atque ut regredi, quam pro
grede

gredi malent. Id cum utrique moti autoritatem viri fecissent, aliquatum agri in medio relatum est. itaque illorū fines, sicuti ipsi dixerant, terminauit, in medio relatum quod erat, populo Ro. adiudicauit, si id iudicare fuit, non decipere. uides licet imitatus est Scaptium illum senem concionalem de plebe, qui po. Ro. persuasit, ut agrū, de quo Ardeates. atque Arici ni po. Ro. iudicem sumperarent, sibi adiudicaret. Verū idem ne cum Consule, aut idem ne Consul & triumuit ille, quique reconsultus, non satis cōpertum habeo.

Q. F A B I V S P I C T O R.

Quiprimus Fabij generis dictus est Pictor, ideo appellatus creditur, qui pingeret. Tametsi ea res tu uero nobili apud Ro. non satis darest. Autor eius cognominis post Vibulanos, Ambustos, Maximos, familię multis titulis nobilissimę fuit Qui ille Fabius, qui sua manu parietes pinxit in eae Salutis, quā C. Iunius Bubulcus dictator dedicauerat, eisque nomē suū inscripsit anno. V. C. cccl. unde ad huius nostri præturae cētū amplius
k 4 anni

anni intercessere. quem nostrū quòd quidam maximum etiam uocat, indicio est principem agnominis filiu fuisse Q. Fa-
biū Rutiliani, qui primus est Maximus cognominatus per Bubulci tēpora. Picto-
res duos sub bella Pyrrhi inuenio, ut ap-
pareat cognomen id Fabiæ genti à pri-
mo illc mansisse. Itaq; Q. uel Ser. Fa-
bius Max. Pictor, quem ne ipsum quidē
numerat Pomponius, iuris & literarū &
antiquitatis bene peritus. Pr̄etor eodem,
quo Fabius Labeo, anno fuit ab V. C.
Dli. Flamen Quirinalis eo anno inaugu-
ratus fuerat. Sardiniam prouinciam for-
titus, anteq; eo proficiseretur, certamen
cum P. Licinio Pont. Max. habuit. Tene-
bat enim Fabium, ne in prouinciam exi-
ret, & in senatu & ad populū magis con-
tentionibus certatū est, & imperia inhī-
bita ultro citroq; , & pignora capta, &
multæ indistæ, & Tribuni appellati, &
prouocatū ad po.est. Religio ad postre-
mum uicit, ut dicto audiens esset flamen
Pontifici, & multæ ex iussu Po. remissæ.
Ita prouinciae ereptæ Pr̄etore magistratu
abdicare se conanté patres autoritate sua
deterrue.

deterruerunt, & ut ius inter peregrinos diceret, decreuere. Neq; aliud ab eo gestum in Rep. Sed anno quarto ac uigesimo post uitam obiisse apud Liuium cōperio, tametsi corrupte. M. pro Q. scriptum est. Solet enim mortes sacerdotū diligenter colligere, quam Pictoris nūnquam antea tradidit. Versatum hunc in Punicis bellis & Pontificē fuisse quidam autores sunt, certe annales conscripsit, in quibus cetera quidem breuiter, sui uero temporis res gestas, quo tempore senatus intererat, bello scilicet Punico secundo, fusius persequebatur, primusq; Ro. scripsisse res dicitur. Scripsit autem Græce, ut fragmenta illa duorum librorum, quæ sub eius nomine circumferuntur, collectitia sint ex uarijs autoribus, qui Fabij testimonio sint usi, qualia & nos multa collegimus, quæ fragmentorum titulo aliquando fortasse edentur.

M. PORCIUS M. F. C A T O

Mille Porcius Cato Censorinus prīm' ceps Porciæ familiae, quæ inter plebeias subsistit, Tuscul. oriundus, ita ins
k s ter

inter suæ ætatis Iurisconsultos est habitus (quamuis & eloquentię laudibus & imperatorijs senatorijsq; excelleret) ut præterquam quod laudatur à Pomponio, non dubitet scribere Cicero fuisse eū iuris ciuilis omnium peritissimum, sed, quod de vita eius est Plutarchi libellus diserte conscriptus, ac etiam in Latinum sermonem iam pridē uersus, actū (quod aiunt) non agam, tametsi haud sane pauca adijci illis posse videantur ex Cicero-ne, Liuio, alijs autoribus, ex quibus duo illa quin ponam, temperate mihi non possum: quod dicere solebat literarū radices amaras esse, fructus iucūdos, item leges neruos esse ciuitatum. Is Cato filios duos genuit, unum ex priore uxore, alterum ex Salonina. Prior ille à Pomponio in numerum iurisprudētum refertur. Is ex matre longe magis antiquitate generis quam diuirijs nobili natus, & materno lacte nutritus, tanto pere à patre dilectus est, ut è foro, quoties lauaret puer, pannisq; inuolueretur, domum (nisi quid maioris publici negocij impe-
ditet) uisum ueniret, quoq; gratior ser-
uus do

uis dominus foret, ancillarum quoq; sua
rū pueros mater uberibus admouebat.
Hunc ubi primum per ætatem capere li-
teras potuit, pater ipse erudiuit, quamuis
Chilonem Grammaticum celebrē inter
seruos haberet, qui etiam tū pluribus pu-
eris ludum aperuerat, indignum ratus,
natum suum, si forte discendo tardiuscu-
lus esset, à seruo castigari, & uulsiis auris-
bus distorqueri, & doctrinæ insuper gra-
tiam mancipio debere. Itaq; ipse filio li-
terarum præceptor fuit, ipse leges docu-
it, ipse exercendi corporis magister, non
modo iaculandi, tractandi arma, equi-
tandi, sed etiam pugno dimicandi, & ca-
lorem ac frigus tolerandi, ac rapidos flu-
uios & aspermos gurgites tranandi ar-
tibus instruxit. Quin & propria manu hi-
storias maiusculis litteris exarasse tradi-
ut antiquæ virtutis exempla filiolo esse
usui atq; adiumento domi possent. Eo
præsente sic à uerborum obsecçitate ab-
stinuit, quasi cum uestalibus virginibus
loqueretur, nec cū eo unquam lauit, ut cete-
ri solebant. Omnia deniq;, quæ ad inge-
nium ac mores pertinerent, à patre filius
percepit

percepit. Cuius cum corpus natura molius esset, quam ut bellicis laboribus suffeaturum uideretur, stricte ac castigate uiuendi leges sibi remisit. Studio tamen atque industria, adeo in re militari excelsuit, ut, cum in pugna Pauli Aemiliij aduersus Persea Regem Macedoniæ multa fortitudinis atq; audaciæ facinora edidit, tandem, dum inter cōfertissimos hostes insigniter dimicat, equo delapsus, pedestre prælium adolescens aggredetur, nam cadentem manipulus hostium cum horrido clamore, uelut iacentem obtruncaturus, circumsteterat. at ille, citius corpore collecto, magnas strages edidit. Cum ad unum opprimendum undecunq; hostes conuolarent, dum proximum quendam petit, gladium è manu præ sudore in iictu prolapsum traditur amississe, qui cum in medium cohortē hostium cecidisset, ipsum, ut egregij animi adolescentem, multisq; disciplinis præditum, & magno patri magnæ virtutis debitorem, nequaquam sibi uiuendum existimasse, si eius spolio potiretur hostis. Itaq; per prælium discurrentem, ubi quem

quem amicum aut familiarē conspexis-
set, eum sibi in auxilium adiunxisse, atq;
ita collecta iuuenum manu, impetuq; in
hostes facto, multisq; uulneribus ac cædi-
bus repulso hoste, nudatoq; circum loco
gladium quæsisse. Sunt, qui umbone se
protegentem, inspectante utroq; exercis-
tu, inter infestos hostium mucrones irru-
isse, ac multa uulnera accepisse scribant.
Quem postquam tandem in magno at-
morum & cadauerum aceruo inuenerit,
exultantem læticia cum sodalibus rursus
maiore impetu in hostes irrupisse, cæte-
risq; audaciam eius imitatis partam esse
uictoriam. Quo auditio Paulum Impera-
torem socerum eius (nam filiam suā a-
dolescenti nuptui dederat) magna esse
cum admiratione tum uoluptate affectū
extabat & patris ad filiu epistola, in qua
studium id recipiendi ensis magnopere
laudabatur, scilicet imitatus in eo patrē
fuerat, qui cū ab hoste in acie uehementi
periculo peteretur, uagina gladius eius
elapsus decidit, quem subiectum prælia-
antium globo, atq; uindiq; hostilibus pe-
dibus circundatum, postquam abesse si-
bi ani-

bi animaduertit , adeo constanti animo
 in suam potestatem redigit , ut illum no
 periculo oppressus rapere , sed metu ua
 cuus sumere uideretur . Quo spectaculo
 attoniti hostes , postero die ad eum sup
 plices pacem petentes uenerunt . Fuit igi
 tur ea indole uiirutis hic Cato filius , ut
 præterquam quod sua magis dignitate ,
 quam splendore patris affinitatem Aemili
 ij sibi compararat , sedulitate , industria ,
 diligentia & paternæ & omnium homi
 num expectationi satis respondisse vide
 atur . Illud præterea quod ad rem milita
 rem attinet , de eo traditur , cū in exercitu
 Popilij Imperatoris Tyro militaret , us
 sumq; Popilio esset legionem , in qua Ca
 to militabat , dimittere , eum inter alios
 exautorasse , sed cum is amore pugnandi
 in exercitu remansisset , scripsisse ad Po
 pilium Catonem patrem , ut , si filium su
 um pateretur in exercitu remanere , se
 cundo eum obligaret militiæ sacramen
 to , quia priore remisso , iure cum hosti
 bus pugnare non posset , & extabat senis
 Catonis ad filium epistola , in qua scribe
 bat , se audisse , eum missum factum esse à
 Consule

Consule', cum in Macedonia bello Persico miles esset. Monebat igitur, ut caueret ne prælium iniaret, negabat enim, ius esse qui miles nō sit, pugnare cū hoste, adeo summa erat Ro. populi obseruatio in bello mouendo. Scripsit præterea ad eum Comm̄tarios pater, in quibus eū admonebat, ut omne medicorū genus deuitaret, instruebatq; quo pacto in columitate uel tueri posset, uel recuperare, quo in operā de ualitudinis obseruatiōe, ut ex oraculo aliquo prodidit, senilē iuuentā prematuṛæ mortis esse signū. Sed & in medicinam præsertim Græcorum ita inuehebatur: dicā de istis Græcis M. fili, quid Athenis exquisitum habeā, & quod bonum sit illorum literas aspicere, non per discere, uincam nequissimum & indocile genus illorum, & hoc puta uatem dissiſſe, quando cūq; ista gēs suas literas dabit, omnia corrumpet, tunc etiā magis, si medicos suos huc mitret. Iurarūt inter se barbaros omēs necare medicina. sed hoc ipsum mercede faciunt, ut fides his sit, & facile disperdant. Nos quoq; dictitant Barbaros & spurios, nosq; magis quam alios

alios opicos appellatione foedant. Ea ueni
uendi austерitate cum aliquandiu fami
liam in sanitate continuisset, tandem u
xorem amisit, cum iam uxorem filio tra
didisset. Tum delectatus senex puellæ cu
iusdam coloni sui clientisq; filiæ coitu,
quæ ad eum uentabat, utebatur, id faci
le propter domus angustias deprehens
sum est. Filius, cum mulierculam impu
dentius ac tumultuosius ad patris thala
mum profectam intellexisset, uerbū nul
lum fecit, sed quasi rei turpitudine affes
tus, grauius in eam oculos cōiecit, quod
ubi pater intellexit, nihil questus, nullo
doloris uestigio uel uultu uel fronte edi
to, cum in forum descendisset, nouer
cam filio superinduxit. Audita re filius,
ægre passum patrem arbitratus, collectis
sodalibus hominem conuenit, ueniam
orat, quod eum sua contumacia senem
ad secundas nuptias impulisset: cui pa
ter, meliora quæso (inquit) fili, tua me
omnia uoluptate afficiunt, neq; est quic
quam quod tibi succenseam, uerū id cō
siliū cepi, ut cui similes multos mihi filios
patriæ ciues relinquerem. Post aliquot
annos

annos filius hic designatus prætor, uel, ut alij scribūt, cum in imperio rem gereret, patre superstite, uita excessit. cuius funus tenuissimo ut ualuit (nam pauper erat) pater sumptu fecit, eiusq; (ut uiri optimi memoria) à patre multis est scriptis celebra. Hic cum esset pannis disciplinam secutus, complures egregios de iuris scienza libros reliquit: unde illud annotat maturq; Cicero, uel apud eum L. Crassus orator, nominatim fere referri, quid aliqui de iure uito aut mulieri responderit: quasi in nominibus non in re consultationis aut dubitationis causa esset: quo tandem in exemplo etiam insecurus iurisperitorum ordo perseverauit, ut quidquid quantumvis generaliter, aut disputent aut respondeant, præpositis personarunt proprijs nominibus tractent: quod non videtur satis intellexisse Zasius: præterq; Error Zasij, quod de paternis libris accepit. extat hodie in libris legū regula Catoniana ad legata pertinens, & de dividendis stipulationibus persubtilis doctrina, aliæq; alii quot sententiæ. Reliquit & filium, qui non leuis orator fuit, multasq; orationes

1 ad

CLXII M. PORCIUS M.F. CATO

ad exemplum cui scriptas reliquit: & qui
 clarissimus ac potissimum Consul cum
Q. Martio Rege in Aphricam profectus,
 ibi extensus est: relicto & ipse filio: qui
 cum aedilis currulis & praetor fuisset, in
Galliam Narbonensem profectus mo-
 ritur: haec proles per gradus ex Catonis
 filio iureconsulto progenita est. Ex se-
 cundis nuptijs tulit Cato pater filium,
 qui materno cognomine Salonianus est
 dictus. Is cum esset imperator, moritur
 superstitibus filiis L. & Marco: ex M. qui
 tribunatu plebis functus, praeturæ can-
 didatus interiit, natus est Cato ille, qui se
Vticæ bello Cesariano manu sua interfec-
 cit; cuius uitam Plutarchus idem conscri-
 psit. Quamuis Plutarchus hunc Mar-
 cum scribat Vticensis aium non patrem:
 & Consulatu etiam esse functum. Sed
 potior est apud nos in Ro. rebus Latino-
 rum fides. nam & Cicero Pliniusq; & ali-
 bi Plutarchus ipse & Solinus, Catonem
 illum primum Censorium, proaugum
 dixit esse Vticensis, & id diligentissime
Gellius confirmat.

M. MANI

CLXIII : M. MANIL. TOR.

M. MANILIUS TOR QVATVS.

Nobilissima inter patricias gens Manilia, eadēq; Manilia & Mallia. decimum ab electis Regibus cōsulatum in M. Manlio Tullo, cui quidam addunt agnomen Longi, assecuta plurimos deinde summos honores gessit. Inter cognomina Tullos, Cincinnatos, Volsones, Capitolinos, Torquatos, Vitulos, Regulos, Atticos, Lucrones, Accidinos, Maximos habuit. Multa eius familiæ egregia in Remp. merita produntur. inter quæ nobile Capitolini adolescentis factum. cui tumultu Gallico detractus in singulari certamine ferocienti hostitorum quis cognomen Torquati dedit. Idem antea patrem, quāuis in se acerbissimū, & ut vocabatur, imperiosum, ab insectatione Tr. pl. audaci cōsilio exemerat. admissus enim domi à Tr. quasi accusacionem iustructurus, stricto ferro iusurādū haud ultra uexandi patris extorsit. Idem iij. Consul, cū latini populi per Antiuū Setinum legatū in senatu peterent, ut consulem unum ex suis Romano collegam quotannis darent, & Senatus pars æqua

12 utring

CLXIII M. MANILIUS

utrinq; esset, unus po. una Respu. fieret, adeo non tenuit itam, ut, si tanta demen-
tia P. C. cepisset, ut ab Setino homine le-
ges acciperent, gladio cinctum in senatu
se esse uenturū, palam diceret: ac, quem-
cunq; latinum in curia uidisser, sua manu
interemptum. Et ad secutum inde bel-
lum imperator missus, filium contra sua
edicta cum hoste pugnare ausum atq; ui-
storem, securi percussit: unde Maniliana
imperia in prouerbium seueritatis uene-
re. Ex eadem domo fuerat M. Manlius
Capitolinus, qui capitolio à Gallis ser-
uato tyrānidem dein affectare uisus, de
rupe Tarpeia præcipitatus est: adiectaq;
præter publicam notam, ne quis patrici-
us in arce aut capitolio habitaret gentili-
tia quoq;, quod gentis Manliæ decreto
cautum est, ne quis dein M. Manlius no-
caretur: & si quidam non M. prænomi-
ne, sed cognomine capitolini interdictū
familiae tradunt. Vtcunq; est (ego tamen
abolitum longo tempore domesticum
decretum interpretari malim) is, cuius ui-
tam scribimus, M. est dictus, & ex Capi-
tolinis Torquatis fuit is (ut quidam au-
tores

tores ferunt) qui ceso matris utero in lumen editus, cum L. Martio, uel (ut apud Eutropium & alios) Mallio Censotino consul fuit, anno ab urbe condita sexcentesimo, ut quidam secundo, ut alij, quinto, ut Cicero, sexto: nam apud Paternum, ubi est Dcxli. mendū esse suspicor. *Locus Paterculi mēdofus.*
 Hunc ut pro eo accipiam, quem ut iure consultum Pomponius & alij plærique celebrant, suadet, quod nullū præterea M. Manilium per hæc tempora consulem reperio. Nam quod Zasius quasi ex Ciceronis Bruto Catoniem Censorinum cum M. Manilio cōsulem facit, errore labitur, *Error Zasij.*
 Catonisque nomen de suo falso adjicit, Neque erat, cur Censorinum dictum fuisse solum Catoniem interpretaretur, cum significet, sicut cōsularis, qui consularum, sic Censorinus, qui censoram gessit: neque enim Cato cum Manilio consulatum, sed illo & Martio Censotino cōs. mortem obiit, ut est in eodem Bruto Ciceronis. Iis igitur consulibus tertium bellum punicum exortum est, & uterque eo M. Manilius pedestribus copijs L. Martius equestribus præfectus, missi sunt. Eis

clam mandatum à Senatu erat, ne prius Carthagine exercitum duceret, quam urbem euerissent. Peractis sacris è Sicilia soluentes, Uticam uersus nauigare per-
gunt, quinqueremes quinquaginta, sex-
quiremes centum unam ducentes. Has
onerariæ & rostratæ naues quampluris
mæ sequebantur, quæ octoginta millia
peditum, equitum quatuor millia ex ha-
bitis undecunq; delectibus secum uehe-
bant, cum omnes fermè ciues, omnes so-
cij, ueluti ad insignem quandam militi-
am & speratam uictoriā ultro accede-
rent. Territis nouitate rei Carthaginens-
ibus, legatisq; confessim Romanam desti-
natis, responsum à Senatu est, si consulib-
us in Sicilia existentibus intra diem tri-
gesimum trecētos pueros è nobilissimis
obsides dedissent, fore, ut ceteris quæ di-
sturi essent, aurem præberent. Sed aliud
clam ad Cos. scribunt patres placere sibi.
Itaq; pueri aduecti in Siciliam, Romanam
à consulibus missi sunt, & ab eisdem re-
sponsum Carthaginensibus, se eis ad fi-
nem belli cætera ad uticam dicturos. Ita
classe delati in Aphticam, castra locant,
pedites

pedites, ubi antea sub Scipione, tabernacula ponunt, Naves in Uticæ portu stant. profectis inde ad eos Carthaginensium legatis, Coss. in ædito quodam loco consedere, ducibus ac tribunis militum eos circumstantibus, quos uniuersus deinde exercitus longo ordine insignibus obibat armis, vexilla recta stetere, ut cotram legati multitudinem copiarum insuerentur. postremo Coss. indicto per tubas silentio, accedere legatos per tubicinem iussere. Illi per ingentia profecti agmina, neutiquam ad Consulum tribunal admissi sunt, sed eo tabernaculo, quod in medio situm erat, perstitere. Inde, si quid uellent, faria Coss. iussi, longa & miserabili oratione habita, datoq; à L. Martio Consule responso, ut omnia Carthaginis arma nauesq; traderentur: ijsq; traditis ad eum numerum, ut faciat Aphrica ex his tota armari potuerit, cum omnibus instrumentis belli, si qua Carthagine erant, atq; incensa in ipso urbis conspectu uniuersa classe, cum petisset consul, ut urbs dederetur, quo pro se natus iussu funditus dirueretur: multis

14 ultro

ultra citroꝝ habitis orationibus (tangebat enim etiam Coss. tanti excidij misericordia) cum permitteretur à Coss. euocatis principibus, ut, si salvi esse uellent, migrantes finibus, aliam urbem decem à mari millibus passuum, nec minus, ubi liberet, conderent: inqꝝ ea liberti suis legibus uiuerent, neqꝝ ea conditio à Carthaginibus acciperetur, neqꝝ spacium daretur mittendi Romam legatos. Dolore apud Carthaginenses pro atrocitate rei atqꝝ indignitate in iras & desperationem uerso, comploratu publice statim, & pari uoce clamatu est ad arma, sed itqꝝ sententia quoquo modo rebellandum: nō quia spes ulla iam superesset, sed quia patriam suam mallent hostiū, quām suis manibus quereti: se seqꝝ & propter ipsam & cum ipsa uno eodemqꝝ funere contumulari. Itaqꝝ ducibus creatis duobus Afrubalibus, ad bellū itum est: tanto studio ac furore, ut ad fabricanda arma, deficiente iam ferro atqꝝ ære, in officiis aurum & argentum conflaretur. Tecta domusqꝝ in usum nouæ classis tescissæ sint, matroneqꝝ in tormento & vincula crines suos

suos contulerint. Coss. pœnitentiā eorū
 desperationemq; quasi obsidentes, op= Carthage
nis situs
 periebantur. Masinissa interim nō sat as-
 perto animo cum Coss. agens, cū ab eo
 illi auxilium petissent, cum se missurum
 respondit, cum eis opus fuisset. Paulo
 deinde post cū ad Coss. misisset, si quid
 opus esset, patatum se fore, Coss. super-
 biam eius non ferentes, & quasi iam præ
 senio desipienti minus confisi, responde-
 re, missuros se, cum indiguisserent. Exerci-
 tui interim commeatum omni cura stu-
 diōq; parabant, exoppidis quæ Roma-
 næ ditionis erant. Paucis inde diebus
 Carthaginem uersus mouere copias par-
 tito inter se exercitu ad pugnā instructi.
 Manilius à mediterraneo supra collum
 urbis, repleturus fossam, serebatur ut bre-
 ui murum qui illi imminebat, & ab illo
 altiora mœnia inuaderet. Censorinus à
 mari aggressus est. Situs Carthaginis hu-
 iusmodi fuisse dicitur. Viginti duo, uel
 ut alij uiginti tria millia passuum mu-
 ro amplexa, cingebatur pene tota mari
 præter fauces, quæ trium millium spatio
 à continente patebant, Is locus murum
 i s triginta

triginta pedes latum habuit saxo quadra-
to, altum cubitos quadraginta. Arx (cui
Byrlæ nomen fuit) paulo amplius quam
duo millia passuum amplexa. Murum
ex parte una communem urbi habuit
imminentem mari, quod stagnum uo-
cabant, quoniam obiectu protentæ lin-
guæ tranquillabatur. Igitur Coss. ambo,
uelut inter inermes pugnaturi, quippe
traditis antea armis grassabantur, do-
nec nuper armatis occurrentibus inopis-
ta uirorum multitudine deieoti repel-
luntur, ita ea soluta oppugnatio est. Sed
cum pugnam iterasset, rursusq; pelle-
rentur, Carthaginensibus creuere animi.
Itaq; Asdrubalem ducem Carthaginens-
ium qui extra urbem erat, ueriti (nam
post eos haud magno interuallo supra
stagnum castra habebat) exercitus ambo
uallo muniunt. Censorinus prope sta-
gnum ac sub ipsis moenibus, Manilius su-
pra collum ad uiam quæ in mediterra-
neauertit, insederat. Confectis à Censo-
rino machinis, iterum urbem ambo op-
pugnant, iterato pelluntur. Manilius,
cum aliquantam muri partem machinis
diruisset

diruisset, ab incepto destitit, neq; multo amplius cum profecisset collega, reparatis noctu per Cartaginenses mœnibus, ad inuadenda etiam cum facibus atq; igni castra Rom. erupere, ac magnam eorum partem absumpſere. Sed succurrentibus Rom. in urbem, uastatis magna ex parte castris, reuersi sunt. Postero die uix illucescente, Romani qui cum Manilio erant, qua murus corruerat, nondum firmiter refectis mœnibus, inuadunt, urbemq; ui ingredi conantur. Campus interiore pomerio ad pugnam accommodus late patebat, in hoc Carthaginenses primum armatos a fronte constituunt, a tergo horum iuermes lignis lapidibusq; instructi erant, plurimos etiam superimminentes campo & uis domos colloca runt, qui hostes ingressos desuper impe terent. Romani ad pugnā acrius incensi prorsus quasi ab inermibus despicerent, audacius in eos feruntur, & cū neglectos ab una parte muros duo Tribuni, frustra reclamante Africano minore, qui tunc Tribunatū gerebat militum, temere cum cohortibus irrupiſſent, & ab oppidanis

grauiter

grauiiter cedentibus pellerentur, Aphri-
canus qui suas cohortes plurifariā distri-
butas, per interualla in muro statuerat,
eos repulso intra mœnia hoste, incolu-
mes recepit. Cuius rei gratia, & quod ca-
stellum, quod nocte ab hostibus oppu-
gnabatur, paucis equitibus adiuuātibus,
castra etiam ab alio nocturno impetu de-
fenderat, donatus est à Manilio obsidio-
nali corona, simul quod tribus cohorti-
bus eductis, tres alias ab hostibus obse-
fas, ut suo loco dicetur, sospites reduxer-
at, quod statuæ eius in foro suo Octau-
us Augustus postea inscripsisse feret. Sed
(ut ad ordinē reuertar) eodē tépore Cen-
forinus à mari te haud quaquam felici-
ter gesta, paulo post Romanam ad comitia
decessit, relicto penes Manilium uniuerso
belli pondere. Itaq; hinc rem omnem
quasi eius auspicijs gestam peragā. Ca-
thaginenses solito audacius soli Manilio
insultabant, alij noctu armati cum pluri-
mis inermibus congestos asseres inūcere
castrorum fossis, alij uallum transcede-
re aggressi, Romanis nocturno pauore
perterritis, Scipio per eas portas, quæ a-
versissime

uersissimæ ab oppugnatione erant, cum equitibus accurrit, inde in Carthaginenses prouectus tantum terroris iniecit, ut relictis castris, retro in urbem redire compulerit, rursusq; seruasse exercitum Rom. sic uisus. Manilius exercitum munire, pre ducto ante uallum muro, diligentius capi pit, & nauale præsidium ad commeatus custodiam à mari imposuit. Ipse ad mediterranea conuersus, cum decem milibus peditum, equitum duobus millibus duces emisit, qui oram popularentur, ligeria, pabulum, commeatum omnem in castra conferrent. Ductabant Tribunus post alium frumentatores. Sed erat Phanias quidam Himilconis præfectus equitum Carthaginem, vir fortis, & cuius præcipua opera Pœni nitebantur, qui paulo auctis prospera pugna animis cum equis paruis atq; agilibus & gramine tantum pasci solitis uteretur, quibus famem sitimq; pati cum oporteret, per facile esset, in sylvis delitescens ac conuallis, nec opinato pabulantes aggrediebat Romanos, & in morem aquile ingruens subinde ac fugiens, depredabat.

Cæterum

Cæterum, ubi Scipio ductaret, nusquam apparebat. Is enim pedites in ordinem dispositos & paratos equites in promptu habere, in metendo non prius solui ordines pati, quam campum, in quem eundum esset, peditibus occupasset, ex quibus circummunisset, ipse cum alijs equitum turmis praesens astitisset, quippe qui in egressum ordine aut corona militem grauiter animaduertere solebat. Itaque Phanias cum Scipione cogredi neutiquam audere, ex ea recrescere indies Scipionis gloria. Quod cum cæteri intellegerent Tribuni, per inuidiam detrahere homini, quasi necessitudine inter Scipionem & Phaniam iam inde ab auro perduante, non desistere. Eueniebat etiam, ut Poenos intra oppida & castella, quibus abundabant, sese recipiætes cæteri Tribuni simulatis fœderibus circuuerirent, Scipio autem seruata fide domos quosque suas dimitteret. Itaque nemo dedere se ante audiabat, quam interuenisset Scipio, tanta illi virtutis ac fidei opinio breui etiam apud hostes creuerat. Sed redeuntibus ali quando pabulatione Romanis, Carthaginenses

ginenses nauium custodiā in uaserāt, clas-
mor quoq; uarius ac multiplex ciuiū ad-
tumultum con clamantium, in urbe au-
diebatur. Manilius cum strepitus causam
ignoraret, copias intra uallum continu-
it. Scipio pauidas secum ducens cohors-
tes, præire cum accensis facibus iubet, ne
que per noctem congregari hostibus, sed
cum igne huc illuc discurrentes ingentis
agminis præbere speciem, metumq; ho-
sti incutere. Quo pauore utriq; percussi
Carthaginenses in urbem refugere. Scipio
omnium in ore esse, dignus Paulopatre,
dignus autem adoptiuo Scipione existi-
mari. Paulo post Manilius aduersus As-
drubale, qui cum altera manu iniquum
saltum infederat, mouendum censebat.
Nepheris iugo nomen erat. Scipio, qui
per rupes & conualles præruptaq; loca
iter esse faciendum videbat, suavit pri-
mo Consuli, ne tam iniquo loco con-
fligeret. Ille tamen processit. Cumq; iam
haud amplius quingétis passibus ab As-
drubale abessent, et transmitti fluuiū opor-
teret, uereri rursus, & suadere de reditu
cepit, quasi alio tempore atq; ordine in
Asdrubas.

Asdrubalem eundum esset. Sed uictus
 complurium Tribunorum sententijs, qui
 & prudentiae eius & virtuti inuidebant,
 ignauiaeque non consilijs esse dicebant, si in
 conspectu hostium cederent, qui fugam
 opinati, exemplo se a tergo inuaderent,
 monere eos institit, ut saltem uallum an-
 te amnem iacerent, ut, si forte pelleretur,
 tutus receptus supereasset, cum fugae nul-
 lis aliunde relinqueretur locus. Id uero
 irridere Tribuni, unus etiam abiectum
 seensem iracundem minatus est, si non Ma-
 nilius, sed Scipio esset Imperator. Igitur
 Manilius ex plurium sententia transmis-
 sit exercitum, & saltum sequente etiam Sci-
 pione ingressus est, cui statim Asdrubal
 ex aduerso occurrit, cædes utringue ma-
 gna exoritur. Asdrubal, postquam intra-
 uallum se receperat, nihil aduersi pati po-
 terat, tantum ut abirent Romani operie-
 batur, quo eos a tergo inuaderet. Roma-
 ni sera erroris pœnitentia adducti, regre-
 di incipiunt: cum fluui appropinquas-
 sent, & sub ordinibus transire uado angus-
 to atque aspero non possent, necessario
 turbant ordines. Quod conspicatus As-
 drubal

drubal, summa alacritate eos aggressus,
 plærosq; fœda prostravit strage, cū omni
 bus in fugam uersis, nulla pars exercitus
 alteri subueniret. Tribunos tres occubu-
 isse cōstat, ex ijs qui ducem in primis ad
 prælium impulerant: Scipio trecentos
 circiter equites, quos secum habuit, addi-
 tis alijs quotcunq; cogere in unum potu-
 it, in duas diuisit acies, easq; in hostem e-
 misit, iussas celeri cursu per uices iaculans
 do incurrere: ut pars incesseret, pars re-
 gredieretur, & continue iaculandis missi-
 libus sese inuicem quodam quasi circu-
 lo cōmutarent. Id cum illi assidue ac sine
 intermissione fecissent, Pœni, in eos con-
 uersi, in Scipionem ferebātur. Ita abeun-
 tes Romani, minus infesto hoste, Scipi-
 oneq; iugiter in eum adequitando dimi-
 cante, trajecte flumen permitti. Interea
 quatuor Romanorū cohortes (tres alijs,
 quidam duas, alijs octo scripsere) pugnæ.
 initio per hostem à fluvio interclusæ, ad
 tumulum quendam configerat, quem
 Asdrubal obsidere cœpit. Ea res non pri-
 us, quam in castra redierint, animaduer-
 sa, cum demum uehementer omnium
 m animos

animos perculit: nonnullis deferendas cohortes censemibus, ne totus exercitus paucorū causa in discrimen ueniret. Scipio aperte ostendit, priusquam inciperent, consilio & prudētia in illo suorum periculo, si boni fortisq; essent, manuum atq; animi promptitudine esse opus. Ipse cum nonnullis delectis equitibus aut ala critet redditum in castra, aut cum ceteris lāto animo occasurū se pollicitus, sumptis duorum dierum cibarijs, cunctis de redditu eius desperantibus, iter peregit. Cum ad tumulū peruenisset, Ascensum quendam, qui tumulo præminebat, superat cursu, sic ut una dūtaxat uallis inter illum & hostes intercederet. Tum uero pœni obfessos acrius urgete, ac prædicare neutiç à Scipione propter itineris difficultatem auxilium suis afferri posse. At Scipio radices utriusq; tumuli & interiacentem cōtemplatus uallem, exemplo per eā in hostes fertur. qui statim utring circumuēti, in fugam uertuntur. Eos Scipio numero militum haud quaquā par, (nam aut tres tantū cohortes, aut quod alijs tradūt, exiguae equicū turmas eduxerat)

T O R Q V A T V S CLXXIX

rat) libere abire passus, obfessos in castra incolumes reduxit. Quem cæteri à longe uenientem cum socijs, præterspem saluū adesse conspicati, clamoribus maximis ingentiq; lætitia excepere, non sine opiniōne fauentis ei numinis, à quo etiā Scipioni maiori auo eius futura fœpenuero prenunciata esse uulgo ferebātur. Mamilius in castra urbi proxima reuersus, multam cōminatus est, si quis in recipiendis copijs Scipioni dicto audiens non fuisset. Cæterum mœrebat uniuersus exercitus, quod cæsi ad Nephērim Tribuni & milites inseptulti iacerent. Scipio captiūm quendā dimitti ad Asdrubalē iusserit, qui iusta cadaueribus imperraret. Asdrubal perquisita corpora & ex annulis agnita (aureis enim tribuni, cæteri ferreis utebantur) sepulturæ tradidit: seu cōmunem mortalitatis conditionē miseratus, seu quod Scipionē iam tum reueritus, inire ab eo potissimum optarit gratiam. Euenerat etiā, ut Romanis ab Asdrubale redeuntibus, Phanias recenti clade perculsis occurreret, & ab alia parte Carthaginenses facta eruptione inuaderent.

m a Ibi

Ibi aliquot, qui cum impedimentis & sarcinis erant, occisi sunt. Interea Senatus in Aphricam miserat, qui diligentissime omnia quae gererentur, cognosceret. Apud quos Manilius ceterisque pro se quisque duces Tribunique omni deposita inuidia, exercitusque omnis Scipioni ob res ab eo fortissime fœlicissimeque gestas testimoniū virtutis præbuit. Quæcum legati Romam renunciassent, Senatū gaudio repleuere. Sed, quia pleraque haud sane prospere in Aphrica euenerant, placuit ad Massinissam inuisendum legatos mitti, qui illum hortaretur, & ad bellum strenue in Carthaginenses gerendum incitarent. Verum ille, propterea quod senio ac uiletudine confessus iacebat, alegatis ad iri non potuit. Rogatu eius Manilius Scipionem, quem ille instatiam fato curatorem liberis dare præsentē cupiebat, ad regem transmisit. Is, post Massinissæ mortem, cōpositis inter regulos rebus familiaribus, cum rediret in castra, Gulussam regis filiū in societatem belli secum duxit, cuius consilio potissimum Phaniæ insidias, quibus Romanos assidue

due infestos habebat, repressit. Forte contigit, ut Scipio & Phanias per crepidinē quandam, quæ uastam in medio habuit & inaccessam uallem, ducerent, ita se alter alterum aggredi non posset: ueritus Scipio, ne quis locum ponendis insidijs antecaperet, progressus tribus dumtaxat comitantibus, cuncta rimatur. Id conspicatus Phanias, unico ex suis comite, processit obuiam. Ratus igitur Scipio esse, quod ille communicatum uellet, unico & ipse comitatus accedit. Ibi cum appro pinquassent, ut se inuicem audire possent. Scipio audacter (præiuuerat enim & Phanias Carthaginenses) cur (inquit) de salute tua non cogitas Phania, quando communem desperatam uides? At ille, quid est quod mihi salutis sperare possim hoc rerum nostrarum statu, qui tanta mala uobis intulerim? tum Scipio, spondeo (inquit) & præstabo, ueniam tibi apud Romanos & gratiam non defuturam, annuit Phanias: &, cum se misericorditer dubitare dixisset, quin tantū apud suos ualeret Scipio, dirempto colloquio utriq; recessere. Manilius pudore classem; disab

dis ab Asdrubale acceptæ, sumptis quindecim dierum cibarijs, rursus ad Nepherim mouit: & cum appropinquasset iugo, castra posuit, uallum fossa munij, & cum nihil opportuni omisisset, pauere tamen ac trepidare videbatur, ne abeuntibus à tergo instaret Asdrubal. Interim nuntius ab exercitu Gulussæ, epistolam Scipioni reddit. Eam acceptam, sicut erat, obsignatam imperatori tradidit. Cum aperuissent, in hanc sententiâ scriptam inuenere. Hoc ipso die eò loci ueniam, tu, cum quibus placuerit, accedito custodibus impera, ut ad se uenientem noctu accipient. Nihil plus literis ne nomen quidem autoris inerat. Quamobrem Scipio à Phania missam esse credebat. Manilius Scipionis saluti metuere, calidum & insidiosum pœnum dicere. Ad extreum mitti Scipionem placuit, qui Phaniæ incolumitatem polliceretur, honorem aut beneficium nullum certum, sed pro meritis, quæ ille apud suos reuuntiasset, non defuturam ei apud Rogeriam. Sed ne id quidem expectauit Phania: sed ubi primū in Scipionis conspectum

spēctum uenit, satis se ei dē sua salute fī
dēi habere professus, quantum sibi à Ro.
gratię referretur, in eorum potestate fore
affirmauit. Hæc fatus, postero diē aciem
instruit, & cum cæteris ducibus progres-
sus in medium, quasi aliud consultatū
rus, cum suos horratus efferet, ut, quando
communi non possent, saluti suæ consu-
lerent, se se q̄ imitarentur, cum equitatu
suo & præfectis aliquot ad summā equi-
tum duum millium ducentotū amplius
ad Ro. transiit, quos & Hanno cognos-
mine Leucus imitatus est. Reuertenti Scī
pionicum Phania obuiam profectus ex-
ercitus, quasi triumphantē lētis clamoris
bus excepit. Manilius imperator gaudio
elatus, cum haud amplius periculōsum
iter arbitraretur, nec Asdrubalem metu
territum ulterius à tergo infecuturum pu-
taret, tandem necessitate rerum compul-
sus, recessit. Septimum enim ac decimū
agebat diem, & defec̄to bidui cibarijs, tri-
duum insuper in redditu absimendum
erat, fames q̄ perferenda. Verum Scipio
cū Phania & Gulussa, cæteris q̄ suis, Ita-
lica p̄missa manu, ad campū proceſſit,

m 4 quem

quem magnum Barathrum incolae uocant, ingentemq; uim frumenti & comis meatus exercitui per noctem supportavit. Cognito deinde Manilius successorem sibi Calphurniu Pisonem cum imperio mitti, Scipionem cum Phania Romam dimisit. Qui incredibili dolore militum profectus in urbem, honoribus munetibusq; à Senatu ut Phanias exciperetur, effecit. Manilius paulo post & ipse tradito Pisoni imperio, cum præter res superius expositas, Tenzagam quoq; urbem, cæsis duodecim millibus Aphrodisium, sex millibus capris, expugnasset atq; diripuisset, Romam ex prouincia decessit. Biennio post à Scipione consule uicta ac deleta Carthago, quam primus Ro. Manilius per uim cum exercitu intrauerat, ut supra demonstrauimus. Is prudens etiam orator est habitus, tres libros de iure ciuili scriptos reliquit, ex quibus multa, præsertim de uenalium uendendorum legibus & actionibus, acuterum uerborum proprietatibus à Ciccone & Varrone citantur. Deniq; præter egregia multa rarae dignitatis, sacrorum quoq;

quoq; Pontificaliū peritissimus, fuit et ex illis, qui transuerso foro ambulantes consilij sui copiam omnibus facerent, quiq; omnia, quæ quidem tum Rom. ciuitas nosset, ut sapientiæ gloria excelleret, cōplecti solebat. Fui: P. Sceuola æquali suo oratione copiosior nec multo minus prudens. Paternę etiam seueritatis insigne exemplum edidit. Nam cū ad Senatum Macedonia de filio eius, qui à patris nomine cui in adoptionē datus fuerat, Decius Syllanus dicebatur, qui eam prouinciam prætor obtinuerat, querelas per legatos detulisset, quod pecunias cæpisse arguerent, à P. C. petijt, nequid ante de ea re statuerent, quām ipse Macedonum filijq; sui causam inspexisset. Summo de inde tum amplissimi ordinis, tum etiam eorum qui questum uenerant, consensu, cognitione suscepta, domi confedit, solusq; utriq; parti per totum biduum uacavit, ac tertio die plenissime diligentissimeq; auditis testibus ita pronuntiauit. Syllanum filium meū pecunias à socijs accepisse mihi probatum sit, neq; talem fuisse in imperio, quales maiores mei fue

m , s tint

tint. & Rep. eū & domo mea indignum
 iudico, protinusq; à conspectu meo abi-
 re, necredire ultra iubeo. Tam tristi pa-
 tris sententia percussus Syllanus, lucem
 ulterius intueri non sustinuit, suspedioq;
 se proxima nocte consumpsit. Pereggerat
 iam Torquatus seueri patris, religiosi iu-
 dicis partes, satisfactum erat Reipublice,
 habebat ultionem Macedonia, potuit
 tam uerecundo obitu filij patris inflebi-
 rigor, attamen ille neque adulescētis ex-
 equijs interfuit, & cum maxime funus e-
 ius duceretur, consulere uolentibus do-
 mi de more sedens vacuas aures accom-
 modauit. Videbat enim se in eo atrio
 consedisse, in quo illius imperiosi Tor-
 quati seueritate conspicua imago posita
 erat, prudentissimoq; viro succurrebat,
 effigies maiorum suorum cum titulis su-
 is idcirco in prima ædium parte poni so-
 lere, ut eorum uirtutes posteri non so-
 lum legerent, sed etiam imitarentur.

Hæc quasi de iure consulto scribi à Va-
 lerio Maximo dubitari nō potest, quem
 cum Titum prænominet, Cicero uero
 Lucium, eiq; collegam in Consulatu Cn.
 Octauium

Octauium ascribat libro ptimo de finibus, magno pere uerebar, ne M. ille Massilius, cui res multas bellumq; præsertim Punicum tertium attribuimus, nihil omnino ad numerum Iurisperitorum pertineret. Sed tamen cum uideam apud eundem saepe Ciceronem, M. Varrorem, & in libris iuris ciuilis perpetuo M. Massilium autorem responsorum & rerum legitimarum nominari, fit, ut temere putarit Valerius, seuerum illum Syllani patrem, collegam Octauij, eum extitisse qui studio rerum ciuilium & iuris claruit, & facilius possis iure consulto hanc gravitatis laudem, quam belli decora, & superiorem gloriā detrahere. Ne illum quidem arbitror fuisse Iurisperitū, quem tradit Plinius Senatorem maximis nobilem doctrinis doctore nullo, qui primus atq; diligentissimus togatorum de Phenice prodiderit, neminem extitisse, qui uiderit uescentem. Scripsit enim ille P. Licinio M. Cornelio Cosi. quinquaginta annis post nostri consulatum.

M. Brutus

CLXXXVIII M. B R V T V S

M. B R V T V S

Tvniae familiæ celebris antiquitas, nos
Istræ scriptio[n]is præconia parum des-
derat. Quippe cum Illo oriunda, in Ita-
liam cum Aenea uenerit, affinitateq[ue] Ro-
Reges contigerit, & ille liberator populi
Rom. L. Iunius cognomento simulatæ
stoliditatis Brutus, M. patre V. C. geni-
cus, matrem habuerit Tarquiniam Tar-
quinij Prisci Regis filiam, qui quidē ne-
cati fraude regia patris fratri[s]q[ue], simul &
uiolatæ pudicitiæ uindex acerrimus, Tar-
quinium Superbum regem auunculum
aut amitimum suum regno deiecit, neq[ue]
minus fortis ulti[m]or tentatæ libertatis, nō
modo uim Hetruscā ad mortem usq[ue]
sustinuit, sed etiam duos filios insidian-
tes patriæ uitigis cæsos securi percuſſit. Su-
perstitibus ne liberis alijs deceſſerit, incer-
tum facit autorum diſſensio . Plutarchus
ei alios prærerea fuisse filios tradit. Diony-
ſius & antiquior neq[ue] minus diligēs, testi-
monio etiā certissimorū autorū negat, Iu-
niosq[ue] et Brutos, qui postea extiterint ple-
beios, fuisse. hūc patriciū scribit, nisi forte
ut de Octavijs quoque tradit, ad plebē
se ponit

se sponte cōtulerint. Certe ab eo Iuniorū nemo per prope ducētos annos Aedilitatē aut Tribunatum excessit, donec Iunius Brutus à P. Philone dictatore magister esquitū dictus, & duodecim post annis T. Iunius Brutus Sceua Consul est factus, cū iam plebeis quoq; is honos pateret. Successit vir insignis Iunius Brutus Bubulus, uilia nomina, sed in sordidis titulis honestę virtutes latebant. Libones dein, Peræ, Pulli, Syllani, Iuliani ex adoptiōnibus. Hinc itaq; genitus M. Brutus Iu reconsultus, præturam, ut Pomponius putat, nō excessit, ideo difficilius & quis fuerit, & quid gesserit dictu est. Ab eo res lictos septem libros de iure ciuili idē est autor, quorum tamen tres tantum uere fuisse Bruti Cesar apud Ciceronem se ex Scæuola audisse, & alibi Cicero ipse confirmat. Inde illi L. Crassioratoris ioci, nā cum is Brutus, M. filium reliquisset (qui magistratus non petiuit, sed fuit accusator uehemens & molestus, ut facile cerneret naturale quoddam stirpis bonum pater enim vir optimus & iuris peritissimus fuerat, degenerasse uicio depravatæ voluntatis

uoluntatis , accusatoriam enim artēm
profitebatur) cum igitur eum filium re-
liquisset Brutus , magnum generi dede-
cus, eum in quodam iudicio ex his libris
m̄irifice uexauit Crassus. Nam cum Bru-
tus duos lectores excitasset , & alteri ora-
tionem Crassi de Colonia Narbonensi
legendam dedisset, alteri de lege Serui-
lia, & cum contraria inter se se de Rep.ca
pita cōtulisset, Crassumq; quod primus
peregrini marmoris columnas Romam
ad Palatinas ædes suas instruendas ad-
uexerat, Venerem Palatinam appellas-
set, Crassus facetissime tres patris Bruti
de iure ciuili libellos tribus lectoribus le-
gendos dedit. In libro primo ita erat: For-
te euenit, ut ego & M. filius in Priuernas-
ti essemus, tum Crassus, Brute, testifica-
tur pater se tibi Priuernatem fundūm re-
liquisse. Deinde ex libro secundo : In Al-
bano eramus ego & M. filius. hic Cras-
sus, sapiens uidelicet homo cum primis
nostræ ciuitatis norat hūc gurgitem, me
tuebat, ne, cum is nihil haberet, nihil esse
ei relictum putaretur. Tum ex libro ter-
tio ; In Tiburti forte assedimus ego & M.
filius

filius. Crassus hoc loco, Vbi sunt iij fun-
di Brute, quos tibi pater publicis Com-
mentarijs consignatos reliquit: quod ni-
si puberē te (inquit) iam haberet, quartū
librum cōposuisset, et se etiā in balneis lo-
cutū cum filio scriptū reliquisset, nā forte
nuper Brutus filius balneas paternas uenī-
diderat. Vnde ille etiam eiusdem Crassi
iocus, cum enim se Brutus sine causa su-
dare in facili & aperta causa diceret: mi-
nime mirū (inquit) Crassus modo enim 3—
existi de balneis. Hæc, quæ ad fortunas,
filium, commentarios M. Bruti iurecon-
sulti pertinebant, non putauī indigna,
quæ ascriberentur, ut sunt apud Cicero-
nem. Illa quoque sentētia de actione fur-
ti testatōri facti danda h̄etēdi, apud hunc
erat, sicut apud Sext. Aelium, M. Ma-
nilium. Sed & sedulitatem adhibuit, ut
multa uerba, quæ iam maioribus fugiti-
ua obliuione p̄tærepta fuerant, retrahē-
ret. Tenuit is Brutus nonnullum eti-
am inter Oratores locum, neq; hono-
rem ullum (ut diximus) prætura maio-
rem gessit, pudēdo Zafj apud Pōponi-
um errore. M. etiam Brutum. M. Bruti
digini

diuini hominis, qui C. Iulium Cæsarem
 tyrannum interfecit, patrem existimat
Cicero non modo acutum oratorem,
 sed etiam iuris publici & priuati sane pe-
 ritum fuisse, eum Pomponius nō nume-
 rat. Is marianas securus partes, primo cū
Cn. Pompeio etiam tum adoleſcēte con-
 afflixit: quo in prælio turbatis equitibus
 Brutī, peditatus quoq; in fugam est uer-
 sus, ita susus fugatusq; Brutus, pretor in-
 de cum effet, Mario intra urbem inclusō
 Senatū conuocauit, in quo à Mario mul-
 ti diuersæ faſtionis principes occisi. Alii
 quot post annos, mortuo Sylla, Lepi-
 doq; Marianas partes rursus capescente,
 eum ſectatus est Brutus. Galliam Cifalpi-
 nam is à Lepido uictam tenebat. Contra
 eos missus est Pompeius Magnus, qui cū
 cætera facile uicisset, Brutū in reditu diu-
 tius Mutinæ obſedit: ſed ille ſive à militi-
 bus proditus, ſeu ſponte mutato ad deſe-
 ftionem animo, ſalutem ſuā ac militum
 Pompeio commiſſit, deinde equitibus
 quibusdam præmiſſis ad castellū quod-
 dam iuxta Padum cōfedit. Eo poſtridie
 cum **Geminus Pompeij** iuſſu ueniffet,
Brutus

Brutus apud Regium occisus est. cuius cædes magno criminis Pompeio fuit. Cum enim initio captæ Mutinæ ad Senatum scripsisset, uoluntatiam à Bruto deditiōnem esse factā, post cedem deniq; eum per alias literas apud Senatum crimina-tus est, in quo perfidiam prius ac crudeli-tatem exercuerat. Neq; uero à Cæsare fœlicius Bruto fuit. Siquidem Cæsar (ut im pudicitiae & adulteriorum cupiditate fla-grabat) uxorem Bruti Seruiliam etiam tum uiuo viro, adolescenturis turpissime ante alias adamauit. cuius etiā post uiri mor-tem allatas ad se in Senatum literas, Cas-toni Uticensi uterino Seruiliq; fratri, dum is uehementissime in Catilinæ coniura-tionem inueheretur, Cæsar legendas præbuit, cum eum Cato ex earū lectione in suspicionē traheret. Eidem Seruiliæ pri-mo suo consulatu sexagies sestertiū mar-garitam mercatus est: & bello ciuilis su-per alias donationes amplissima prædia ex auctionibus hastæ numo addixit. cū quidem plærissq; uilitatem mirantibus, facetissime Cicero, quo melius (inquit) emptum sciatis, tertia deducta est, existi-
n
mabatur

CXCIII P. M V T I V S

mabatur enim Seruilia etiam filiam suam Tertiam conciliare Cesarī. quo adulterio & quod eum Cesar inter vulnera illum appellauit, quidam natum esse Brutum suspicati sunt, illum tyrannicidam.

P. M V T I V S SCEVOLA.

IN Sceuolarum familia complures iusris cognitione celeberrimi extitere, ut nō immerito quasi hereditaria eius gentis existimata sit. Origo Sceuolæ nominis sub initia Ro. libertatis à Mutio iam tum nobili familia spectate uirtutis adolescēte. Qui cum Porſenam Etruscorum regem interfectorus, in castra eius Romā obſidētis uenisset, uoti impos in uolam id est manum, quæ pro Rege scribā obtruncasset, igni impositā seuererit. Ex hac gente primus P. Mutius P. F. Sceuola iuris scientię gloriā est adeptus. Is P. (tam et si C. pro P. in breuiarijs reperio) anno ab urbe cōdita Dcxi. uel (ut apud alios, nam tota hæc consulū series triennio ferē aut nō multo secus apud autores variat) undevicesimo, cōsul, cum L. uel Gn. Calphurnio Pisone fuit. uere em̄ tradi quidam

quam propter deperditos hinc Liu*n* an-
tales uix licet. In eo magistratu, cum Ti-
berius Gracchus Tribunus plebis legem
agrariā ferre uellet, ei in consilio fuit: sed
obscutius, non ut seditionē suscitaturus,
sed legis æquitatē iuueni assentiens. Atq*ue*
ex ea re ciuitate cōmota, cōuocatoq*ue* per
Mutium Senatu, in ædem fidei publicæ,
& interrogatis patribus, quid nam in ta-
li tempestate faciendū esset (nam ea lex
patres ut diuites offendebat) Scipio Na-
sica, Serapion, sanctiq*ue* patres consulem
ad Remp. capessendam cohortati, id ab
eo responsum accepere: se nec autorem
intestini belli forte, nec ciuem Ro. in di-
cta causa necatum, nec, siquid per vim
ad populum Gracchus tulisset, pro lege
habiturū. Quod Zasius per errorem Q:
Mutio Auguri attribuit. Quinetiā tribus
coegit, cum ille leges ferret. Idem tamē,
qui in gerenda Rep. putabatur fuisse se-
gnior consul atq*ue* languidior, gestis mul-
tis senatus consultis Nasicā, qui Gracch-
um interfecerat, extemplo reum factum
non modo defendit, sed etiā ornauit, &
iure optimo sumpta esse uel à priuato in
tribunum

Error Zasij.

tribunum arma contendit. Ita maiorem iustitiæ quam fortitudinis ex eo negocio laudem reportauit. Pontifex etiā maximus fuit, postq; eum ait Cicero desitum esse à Pontificibus maximis cōfici annales maximos, quos ab initio rerum Ro. ad eum conscripserat, ut res singulorum annorum mandaret literis, publicæ memoriæ retinendæ causa, afferre q; in albū solebant, & tabulam domi proponere, potestas ut esset populo cognoscendi. In pontificatu illud gestum ab eo traditur. Cum Licinia virgo uestalis, summo loco nata, sanctissimo sacerdotio prædicta T. Flaminio Q. Metello cons. aram & adisculam & puluinam sub saxo sacro dedicasset, eam rem ex autoritate senatus ad collegium pontificum Sex. Julius prætor retulit. Tum P. Sceuola pontifex maximus pro collegio respondit, quod in loco publico Licinia C. F. iniussu populi dedicasset, sacrum non uideri esse. Senatus prætori urbano negotium dedit, ut curarer, ne id sacrū esset. & ut, si quæ esent incisæ aut inscriptæ literæ, tollerentur, adeo autoritas Mutij ualuit. Is Mutiis, cum

us, cum P. Crassum Mutianū oratorem fratrem adoptiuū haberet, iuris eum doctrina imbuit, quantū esse oratorio muneri necessariū existimauit. Sceuola ipse nonnullū inter oratores locum tenuit, dicebat enim ualde prudenter & acute, & paulo etiam, quam multi e quales sui, copiosius. Iudex iniutiarū condemnauit eum, qui L. Accium poetam ledendi gratia in scena nominauerat, cum C. Celius absoluisset eum, qui Lucilliū poetam in scēna nominarim lēserat. Reliquit de iure ciuilī libellos x. Huic illud etiam ridicule cōtigit, quod, cum eum Scipioni multis probris onerato M. Flaccus iudicem tulisset, ei ero, inquit Scipio, iniquus est. cum q̄ esset admiraturum, ah (inquit) P. C. non ego mihi illum iniquum ei ero, uerum omnibus. Is P. pila etiam & duodecim scrupis atq; alea optime lusisse dicitur, ita ut illo duodecim calculorum lusu tanta diligentia fuerit, ut, cum aliquādo calculum promouisset, esset q; uitius, dum rūs tendit, repetito totius certaminis ordine, quo loco errasset recordatus, redierit ad eum, qui cum luserat,

n; isq;

GXCVIII P. LICINIUS CRASSVS

isq; ita factū confessus sit. Ita non uno di-
uerticulo animū forēibus ministerijs fa-
tigatū recreare contētus fuit, sed, cū bene
ac diu iura ciuium & deorū ceremonias
ordinasset, & in rebus serijs Sceuolā egis-
set, in iocofis agebat hominem. Quanq;
hec magno errore Valerius Maximus de
Q. Mutio augure memoriæ prodidit, ut
in eius uita longius demonstrabitur.

P. LICINIUS CRASSVS

Mutianus.

PLebeia gens Licinia prima suo ordi-
ni tribunatū militū cos. potestate de-
dit in P. Licinio Caluo, post multas con-
tentiones uix extortū patribus. eundem
ipsa primū ex patricijs antea honoribus
nacta. & cum idem P. quadriennio post
reficeretur, impetravit à tribubus, ut sua
uice filium legeret. idemq; opinor (nam
apud Liuum uariāt prēnomina P. C. q.
atq; inde scriptoribus breuiati cos. er-
randi occasio, & Caluos cū Stolonibus
confundēdi) ipse P. F. Caluus primus de
plebemagister eq̄tū dictus, breuiq; post
cos. Eadē domus C. Liciniū Stolone
dit

*Val. Max.
error.*

dit. virū in causa plebis expt̄ ei virtutis, qui
 Tr. pl. decimū reselectus, collega L. Sestio,
 tandem rogationes pertulit, fremētibus pa-
 tribus, de ære alieno minuēdo, de finien-
 do modo agrorū, de cōsulatu plebi cō-
 municādo. Quo munere delinita plebs
 utrūq; deinceps, uno interposito, pri-
 mos ex suo corpore cōs. fecit. Inter co-
 gnomina gentis fuere & Vari, & Crassī.
 Crassum primū inuenio dictū eum, qui
 per secundū punicū bellū, nondū aediliti
 us Q. Fuluiū Flaccū & T. Manlium Tor-
 quatū bis cōs. & censorios, in petitione
 Pont. Max. deiecit, cum ante intra centū
 & uiginti annos nemo prēter unum cre-
 atus esset Pont. Max. qui sella curuli non
 sedisset. Idem postea magister equitum
 & Cos. fuit. Accessit genti ex opulentia
 diuitium agnomen, multiq; ex ea principe-
 pem locum in Rep. tenuerūt. Inter quos
 M. ille Crassus, qui cōspiratione cū Pom-
 peio & Cæsare inita, cōfusus deinde à Par-
 this, optimatiū dignitatē illis debilita-
 tam reliquit. Illustrauit gentem & Licini-
 us Macer uetus annaliū Ro. scriptor. Qui
 dam & Lucretios Licinijs annumerant.

n 4 Igitur

CC P. LICINIUS CRASSVS

Igitur P. Licinius Crassus Mutianus, cognomine diues, naturalē ortum è Crassorum gente habuit, sed adoptione in familiam Mutiam transiit. Is sexcétesimo circiter ab urbe condita anno, questor est factus. A triennio post, cum nondum à Censoribus in ordinem senatoriū lectus esset (quo uno modo etiam ijs, qui iam honores gesserant, aditus in curiam dabantur) & rure domum reuerteretur, Q. Fabius Max. ignarus Crassum Senatorē nondū esse, narravit in itinere, quod secreto in curia de tertio bello punico indicendo actum erat. Quamobrem à consilibus obiurgatus est Fabius. Crassus à P. Scæuola fratre domesticam iuris disciplinam hausit, & ualde probatus est orator habitus. Nam ingenio præterea ualuit & studio, & summo oratori Ser. Galbæ, cuius filio Caio filiam suam collocauetat, affinitate sese deuinxit. In eo industriam summam constat fuisse, maximamq; gratiam, cum & consuleretur plurimum, & diceret. Itaq;, etiam cum ædilitatem petter, de iure consulebatur. Et cum rusticanus quidam consulēdi gratia accessisset, eumq;

eumque seduxisset atque ad eum retulisset, re
sponsumque ab eo uerum magis quam ad
suam accommodatum abstulisset, Galba qui Crassum in petitione affectabatur
ubi tristem rusticum uidit, nomine ap
pellauit, quæsiuitque, qua de re ad Crassum
retulisset: ex quo ut audiuit, commotuque
ut uidit hominem, suspenso (inquit) ani
mo et occupato Crassum tibi respondis
se video, deinde ipsum Crassum manu
prehendit, & heus tu, (inquit) quid tibi
in mentem uenit ita respondere? Tum ille
fiderenter, homo peritissimus, cōfirmas
te, ita se rē habere, ut respōdisset, nec du
bium esse posse. Galba autem alludens
uarie et copiose, multas similitudines af
ferre, multaque pro equitate cōtra ius dice
re. Crassus cum differendo pars summo
Oratori Galbae esse non posset, ad auto
res confugit, & id, quod ipse diceret, &
in P. Mutij fratrib*s* sui libris, & in Sex. Aes
lij Commentarijs scriptum protulit, ac
tamen concessit Galbae disputationem
sibi probabilem & prope ueram uideri.
Aedilis itaque factus, funetus est ædilicio
maximo munere. Primus enim argento
n , autoque

auroq̄ folia imitatus coronas dedit, ac
cesserunt Lemnisci quoq̄, quos adiūci ip-
sarum coronarum honos erat, propter
Hetruscas, quibus iungi nisi aurei nō de-
bebant. Is quoq̄ Tiberio Graccho le-
gem Agrariam ferēti, quod filiam suam
alteram C. Graccho fratri Tiberij in ma-
trimonium locauerat (id enim & à pluri-
bus tradi ait Plutarchus, & Cicero affir-
mat, cui ego maxime credo, quamquam
alij Brutī putent) palam in consilio fuit.
Quo interfecto Senatus iram plebis leni-
cetus, impugnare legē destitit, & in Tibe-
rij locum diuisorē P. Crassum legit. Con-
sulatum inde cum L. Valerio Flacco ges-
sit, anno ab V. C. Dcxiij. uel ut alij, secū-
do id est biennio post P. Scæuolam fra-
trem. In quo magistratu cum ferretur ad
populum, quem ei bellum contra Aristo-
nicum gerere placeret, Crassus, qui tum
Pont. Max. erat, Flacco collegæ, quod es-
sat flamen Martialis, et eam prouinciam
ambiebat, mulctam indixit si à sacrī dis-
cessisset, quam mulctam Populus Ro-
remisit, Pontifici tamen flaminem pare-
re iussit. Neq; tamen ad priuatū detulit
bellum

bellum, quanquam erat Africanus, qui anno ante de Numantinis triumphauerat. Quicum longe omnes belli gloria & uirtute superaret, duas tantum tribus tulit, & populus Rom. Consuli potius Crasso, quām priuato Africano bellū gerendum dedit. Igitur in Asiam ad des bellandum Aristonicum qui mentitus Regiæ stirpis originem (sunt qui Eumenis Regis nothum filium tradant, & At tali fratrem, eius, qui Asiam populo Ro. testamento reliquerat) eam prouinciam occupauerat, cum imperio & instructissi mo exercitu est missus, cum esset Consul & idem Pontifex Maxim. quod nun quam antea factum erat, ut Pont. Max. extra Italiam proficiscere. Habebat Cras sus infinita Regum auxilia, nam et Bithyniæ Rex Nicomedes et Mithridates Pon ticus, & Ariarates Cappadox, & Pile menes Paphlagon. Romanos iuuere. Ibi, cum obsidionem oppugnationemq; Leucatis oppidi molitetur, opusq; esse firma ac procera trabe ad arietem mu ris quatieri conficiēdum animaduer tisset, recordatus duos à se opportunos eirei

ei rei malos Athenis uisos, Architectum Atheniensium armamentarij per literas monuit, ut maiorem ad se mitteret. Ille re causaq; eius perspecta, commodiorem arbitratus minorem, misit. Accitum eum Crassus, interrogatumq; quid ita alium quam quem petierat, malum misisset, ex curationem eius rationesq; non accipiēs, nudatum uirgis cædi iussit, corrumpiac dissolui omnē Imperatoris dignitatem atq; officium ratus, si quis ad id, quod facere est iussus, non obsequio sed consilio irrequisito respondeat. Illam etiam in credibilem in eo magistratu laudem est memoriæ consecutus, ut quinq; Græciset monis differentias sic breui penitus per didicerit, ut, qua quisq; apud eū lingua ad tribunal eius postulasset, eadem ius si bi & decreta referret: quæ res maximum ei sociorum amore conciliauit. Sed cum bellum gereret, uel ut alijs placet, è provincia decederet, ab hostibus prælio uitius est. Sunt qui Attalicæ præde quām bello intentiore, extremo anni tempore inordinata acie prælium conseruisse asserant. Cælo igitur exercitu, Thraces, quorum

quorum magnum numerum Aristonicus in præsidio hábuit, recipientē se Crassum inter Eleam & Smyrnam interceperē. Sed ille memor & familię & nominis Romani, ne in ditionem hostis perueniret, dedecus accersita ratione mortis fortiter effugit. Virgam enim qua ad regendum equum usus fuerat, in oculum custodientis se Barbari direxit, ita ut eccœ carit. Ille ui doloris accensus, latus Crassū mox sicca confudit. Dumq; se ulciscitur, Imperatorem Rom. maiestatis amissæ turpitudine liberauit. Itaq; ostendit fortunæ Crassus, quām indignum uirū tam graui cōtumelia afficere uoluisset: quandoquidem injectos ab ea libertati suę miserabiles laqueos prudenter simul & fortiter rupit, seq̄ iāni Aristonico donatum dignitati suę reddidit. Caput ramē mortui Aristonico oblatum est, corpus Smyrnæ sepultum. Sed breui post Ccrassū successor Perpenna stragem eius, capto Aristonico & Romæ in carcere strangulato, vindicauit. Traditur Crassus Mutianus multis ac præcipuis bonis ornatus fuisse, quinq; p̄fserim, quod ditissimus
quod

CCVI P. L I C I N I V . S

quod eloquentissimus, quod nobilissimus, quod iuris cōsultissimus, quod Pontifex Max. Sane P. ille Crassus, quem bello ciuili Syllano sua manu īterfectū Cicero scribit, Lucanus uero & Florus la ceratum a Fimbria cum patre, alium ab hoc Mutiano fuisse temporum etiam or do indicat. Putarem citius Mutianifili um, si patris mors concederet, aut si alio qui relictum à Mutiano filium consta ter. Nam de morte facilius Ciceroniā cedam. Sed et alias P. Crassus fuit, quem ueterem appellat Cicero, qui cum superiore Africano Consul fuit, & ipse diues vocatus. Nam eorum, quæ Zafius Mutiano apud Pomponium tribuit, nihil ad eum pertinet.

C. L I V I V S D R V S V S

Liuorum familia quanquam plebeia seroq; ad magistratus Patricios ad missa, tamen & ipsa admodum floruit, octo consulatibus, censoris duabus, triū phis tribus, dictatura etiā & magisterio equitū honorata, clara & insignibus viis, ac maxime Salinatore Drusisq; prin ceps

ceps in ea cōsulatus M. Liuius Denterans
no ab V. C. ccccij. deinde M. Liuius post
duos Consulatus & dictaturā Salinator
dictus, quod in Censura nouum uecti
gal ex Salaria annona commentus puta
batur ex odio populi, quod iniquo eius
iudicio post Consulatum multa irroga
ta se damnatum dolebat: qua quidem
etiam indignitate uniuersas tribus, præ
ter unam Metiā, leuitatis nomine nota
uit & grarias reliquit, quod & innocentē
se condemnassent, & condemnatū ite
rum Cōsulem ac Censorē fecissent, nequia
inficiari possent, aut iudicio semel, aut co
mitijs bis ab se peccatū esse. Collegā quo
que, qui se dempto equo inter ærarios re
tulisset, pari nota affecit. Post C. Liuius
Drusus, hostium duce Druso comminus
trucidata, sibi posterisque suis cognomen
inuenit. Traditur etiā proptetor ex pro
vincia Gallia retulisse aurū, Senonibus
olim in obsidione Capitolij datum, hęc
(ut fama est) extortū à Camillo. Is et Cos.
fuit cū Africano minore, eius abnepos,
ob eximiā aduersus Gracchos operam
patronus Senatus dictus filium reliquit,
quem

Pomponij
incuria

quem in simili dissensione multa narie
molientem diuersa factio per fraudem
interemit. Ex hac stirpe natum C. Liui
um Drusum tanta laude iuris scientiae ce-
lebrari à Valerio Max. deprehendi, ut, lis-
cet à Pomponio præteritum, inuoluis
lentio passurus non sim. Ea namq; indu-
stria ac studio fuisse hominem tradit, ut
& ætatis uiribus, & acie oculorum defes-
sus, ius ciuile populo benignissime in-
terpretatus sit, utilissimaq; discere id cu-
pientibus monimenta composuerit. Nā
ut senem illum natura, & cæcum fortu-
na facere potuit, ita neutra interpellare
ualuit, ne non animo & uideret & uiges-
ret. Sane qui nam præcipue is fuerit, aut
quibus temporibus, pro certo non posu-
erim. Cicero tres in Oratorū numerum
Drusos refert, M. Drusum C. F. qui in Tri-
bunatu C. Gracchum collegam iterum
Tribunum fecit, uitam & oratione gra-
uem & autoritate, eiq; proxime adiunctū
C. Drusum fratrem, & M. Drusum patri-
cium, auunculum magnū M. Brutii eius,
qui Cæsarem occidit, qui fuerit grauis os-
rator, ita duntaxat, cum de Rep. diceret,
quem

quem ego illum esse opinor, quem post multa Paterculus in Tribunatu iuuenerit occisum tradidit. Ex his ego illum Caium C. F. opinor itris consultū fuisse, quem secundo loco posui, M. Drusi fratrem. unde enim Drusum cæcum ab eodem Cicero alibi Caiutu vocari, tametsi in ijs maxime prænominibus mendosi codicis sunt. Idem Cicero de hoc iureconsul to scriptum reliquit, domum eitis (ut accepit) completri consultantibus solitam: & cum quorum res esset sua ipsi non uidarent, cæcum adhibebant ducem. Duxauit genus ad imperatoria usq; tempora. Fuit enim M. Drusus consul cum Calphurnio Pisone, anno Dccxxxix, ab V. C. ut apud quosdam inuenio: principatu, scilicet Octaviū Cæsaris. Sed & Liuius Drusus in hanc familiā per adoptionem insertus, cum naturale genus ab Ap. pulchro Ap. Claudiū ceci filio duceret, Liuiæ Drusillæ pater (tametsi apud Paterculū mendose scriptū est Iuliæ) eius, q; postea Octavius uxore duxit qui partibus Brutii & Cassi, in quibus fuerat, uictis, ne tētata quidem hostis misericordia, ipse se in ta-

bernaculo

Locus Paterculi emendatus.

CCX C. MARTIVS FIGVLVS

bernaculo interemit. filia augustum honorem per maritum Liuię genti addidit Tiberio filio, pro nepote Caio Caligula, nepote D. Claudio fastigium imperatoriae dignitatis adeptis.

C. MARTIVS FIGVLVS.

A Ncum Martium regem Ro. Numæ Pompilij ex filia nepotem, principem Martij generis ferūt: cuius filij duo prope puberes relictæ, necæso quidé Tarquinio prisco successore patris regnare potuerūt, sed suessam pometiā in exiliū sponte profecti damnatiq; subsistere. Regij tamen tituli honos durauit in gente, Romā (opinor) exactis regibus reuersa. Sunt em̄ dicti Martij Reges. eorū nemo Cos. legitur præter unum Q. Martiū collegam M. Catonis nepotis, anno ab V. C. Dcxxxvi. Adeo summi generis amplitudo semel prostrata, diu interdū iacet. Ea tamen prope reuixit in Iulio Cæsare. Siquidem auia eius paterna huius nominis fuit. Legimus & Martios Rutilios, & Tremulos, & Philippes, & Figulos, & Rallas, de plebe omnes. Ex Figulis pri-

mum

thum Cos-reperio C.Martiū cum Nasica
Corculo, anno ab V.C.Dxcij. & septen-
nio post iterū cum Cornelio Lentulo. Is
filiū genuit C.iuris civilis studio celeber-
timum. Qui eur à Pomponio pr̄termis-
sus sit, equidem satis mirari nō possum.
Eum etsi mansuetissimi ingenij, ira tamē
prudentiæ ac moderationis aliquādo im-
memorem reddiderūt. Nam, cum in pe-
titione consulatus repulsam tulisset, tāto
dolore accensis est, atq; eo magis, q; illū
honotē bis pātri suo datum meminerat,
ut, cū ad eum posterō comitiorū die mul-
ti cōsulēdi causa uenissent, omnes dimi-
serit, ita prefatus. omnes consulerēscitis,
cōsulem fatere nescitis. dictū grauiter &
merito, sed tamen aliquāto melius non
dictum. Nec quidq; ultra de eo compcria.

Pomponij
incuria.

P. RVTILIVS RVFVS.

Nautia gens, quæ Rutiliorū cogno-
men assumpsit, Troiane originis fu-
isse proditur. Nautius namq; autor gene-
ris, cū Aenea domo profugus, sacerdos
Palladis urbiū custodis fuit, eiusq; simus
lachrum in Italiām transtulit. quod inde

• 2

Nautij

Nautij permanu straditum custodiuere.
 Neuij quoq; (nisi fallunt codices Liuij)
Virginij patriciae ḡetes, & Martij plebeia
 eodem cognomine fuerunt, ut non falso
 grāmatici, quibus ista consecrari curæ fu-
 it, scribere uideantur, antiquas mulieres,
 q; studiosæ rufi, id est, rutili coloris fue-
 rint, primum Rutilias Rutiliasq; dictas,
 quasi ualde rufas. itēq; uiros Rutilios. Ex
Nautijs & Virginij Rutilijs multi sub in-
 itia Ro. libertatis consulatus summosq;
 alios honores gessere. Primus Sp. Nauti-
 us V. C. annis duobus & uiginti post pul-
 sos reges. pluriui deinde Nautij, Virgi-
 nij, Martij, quorū omniū titulos exequi
 longum est. Ceterum qui primus Rutilij
 nomen, nō cognomen, haberit, legitur
 Sp. Rutilius Crassus, gente patritia, tribu-
 nus consularis anno ab. V. C. cccxxxix.
 Fuit & M. ille Rutilius Censorinus, qui te-
 rum creatus censor, ad concionē uocatū
 populū, quam potuit grauissima otati-
 one corripuit, q; eam potestatem bis sibi
 detulisset, cuius tempus, quia nimis ma-
 gna uideretur, maiores coartandū iudi-
 cassent, uterq; recte, & Censorinus & po-
 pulus.

pulus. alter enim ut moderate honores crederent præcepit, alter se moderato cre didit. Insertus est familię & Q. Fabius Ru tiliatus (tametsi quidam Rollianū ma lunt) qui primus ex Fabijs ob uirtutem Maximi cognomen adeptus, hæreditari um generi reliquit. qui cōsulatus quinq̄ tres triumphos, dictaturam, censuramq; unam gessit, alterā repudiauit. cui mor tuo tantū æris liberalitate populi conges tū est, ut inde filius uiscerationē & epus las publice dederit. Inter cognomina & Calui fuere. Familiam ijs honoribus illu strem, excepit P. Rutilius Rufus. hic iure consultus, non minus dignā seriē posterorum, ut in seruiente Rep. post se hab iturus. Is itaq; P. Rutilius Rufus M. F. adolescens P. Mutium Scevolam secta tus est, ab eoq; & iuris scientiam & inno centiæ morumq; opinionem hausit. Tribunus plebis, cum prius eius honoris candidatus repulsam tulisset, C. Manci num proconsulem, Numantinis ex sena tus consulto in penā turpis cum illis initi fœderis deditū, neq; acceptū, domum re uersum, & in senatum uenire ausum, ex trahi

trahi iussit: quod eum ciue negaret esse,
 quia sic esset memoriæ proditum, ei, quem
 populi Ro. iussu pater patratus dedidis-
 set, nullum esse ius postliminij. Consulatum
 inde cum petisset cum M. Aemilio Scau-
 ro, acri homine, & uehemeti, repulsusq;
 esset, non modo accusauit ipse ambitus
 competitorum Scaurum designatū cons-
 fulē, sed & à Scauro absoluto vocatus
 est ipse in iudiciū. in quo illud acute atq;
 concinna cōiectura explanatum est, ali-
 ter, quā esset. Nam cum accusator Scau-
 rus ostēderet in Rutilij tabulis literas A.
 F. P. R. idq; ita interpretaretur, actum si-
 de P. Rutilij, Rutilius autem ita, ante fas-
 tum post relatū: C. Cannius eques Ro.
 qui Rutilio aderat, exclamauit, neutrum
 illis literis significari. &, cum Scaurus in-
 terrogasset, quid ergo? Aemilius fecit,
 plectitur Rutilius, inquit Cannius. Po-
 stea tamen consul fuit, cum C. Mallio, an-
 no ab V. C. Dcīl. quo in magistratu ar-
 morum tractandorum meditationem mi-
 litibus tradidit, ac nullius ante se impe-
 ratoris exemplum secutus, ex ludo C. Au-
 gelij Scauri doctoribus gladiatorum ac-
 cesus

cersitis, uitandi atq; inferendi iactus subtilitatem ac rationem legionibus ingenerauit: virtutemq; arti, & artem rursus virtuti miscuit, ut illa impetu huius fortis or, hæc illius scientia cautior fieret. Idem quoq; de iure tribunorum militarium, ut à consule non à populo fierent, legem tulit. Vnde illi Rufuli Rutiliq; dicti. neq; aliud quidquam propter scriptorū paucitatem ab eo dignum memoria gestum in consulatu reperio. Asīæ inde proconsul fuit. Sed & in Saturnini tumultu Remp. adiuvuit. Admirabile etiam exemplum constantiæ, grauitatis, innocentiæ præbuit. cum enim aliquando amici cuiusdam iniustæ rogationi resisteret, isq; indignatus dixisset, quid ergo mihi amicitia tua, si nihil abs te impetro, opus est? Respondit Rutilus, immo quid mihi tua, si propter te inhonesti aliquid facturus sum: Nec tamen, quamuis innocentissimo, fortunæ & improborū uincere effugere licuit. In iudicium enim ordinū magis dissensione quam sua culpa reus à M. Scauro repetundarum nomine uocatus est, conspirantibus in eum publicanis,

0 4 propterea

propterea quod legatus C. Marij procōs
fulis ab eorū iniurijs Asiam defendērat,
quamuis eorū ordini adoleſcens ipſe reo
aliquāndo non defuerat. Sed plus ualuit
recens iniuriarū mēmoria. quo quidē in
iudicio mirifice Rutilij virtus constantiē
enītuit. Nā nec mutare uestem fōrdidāq
induere sustinuit, neq; insignia senatoris
deponere, neq; capillū barbamūe ad co-
gnitionis usq; diem summittere, nec sup-
plices ad iudiciū genua manus tendere,
nec dicere quidq; quod non splendori
prēteritæ ætatis suæ, & gestorū magistra-
tuum responderet. Et cum ea tempestate
floreret in rep. eloquētissimi uiri L. Cras-
sus, & M. Antonius consulares, adhibere
eorum neutrū uoluit. dixit ipſe pro ſe,
& pauca C. Cotta, quōd ſororis eius erat
ſilius: & is quidē tamē ut orator, quanq;
erat admodū adoleſcens. & Q. Mutius,
enucleate ille quidē & polite, ut sole-
bat, nequaq; tamē ea ui atq; copia, quā
genus illud iudicij & magnitudo cauſæ
poſtulabat. Igitur per̄tesus iudiciū, cum
multa, tametsi falſo, ſe indigna, quæ
ad ſuſpitionem ſtuprorum ac libidinum
pertinere

pertinerent, audire cogeretur, uir totius
 æui non modo sui seculi inter Rom. op-
 timus, innocentissimus, sanctissimus, tē-
 peratissimus, Mariana seditione & iudi-
 cum qui causam dicent omnibus seculis,
 periurio uictus, ab ingrata ciuitate in ex-
 ilium abire maluit, damnatusq; est equi-
 tum sententijs, qui tum Gracchanis legi-
 bus iudicia optinente, in optimū quēq;
 maxime sœuiebant, præsertim si publica-
 ni qui ex eodem erant ordine anniteren-
 tur. Cæterum illo Rutilij iudicio conuul-
 sam penitus esse Rēmp. existimatum est.
 Illam certe in maximo gemitu ciuitatis
 laudem tulit, ut Socratē, quo neminem
 unquam in terris uixisse meliorem ho-
 minem Philosophi putant, egregie imi-
 tatus homo Rom. & consularis uidere-
 tur. Sic enim damnationem suam tulit,
 tanquam illi nihil molestum esset aliud,
 quam quod male iudicaretur. Asiam igi-
 tur petenti ut exuli, triumphare contigit.
 Siquidem omnes illius prouinciæ ciuita-
 tes legatos ei obuiam miserunt, orantes
 pro se quēq;, ut tanti uiri hospitio atq; ex-
 ilio ornarentur, ipse Smytnam incoluit,

O s ibiq;

ibique, cum ei reditum in patriam Syllana ui-
ctoria praestaret, in exilio ne quid contra
leges faceret, aut ciuili seditione reuocatus
uideretur, quamuis reuocate Sylla, sub-
stitit, ei reditum suum negare ausus, cui
nihil tunc negabafer. Neque tantum solus di-
ctatori aliquid negauit, & reuocatus non
redijt, sed longius etiam fugit. uiderint
(inquir) hoc isti, quos Romae deprehen-
dit felicitas tua, uideant largum in foro
sanguinem, & supra Seruilianum lacum
(id enim proscriptio*nis* spoliarium est)
Senatorirum capita, & passim uagantes per
urbem, percussorum greges, & multa mil-
lia ciuium Rom. uno loco post fidem,
immo per ipsam fidem trucidata, uideat
ista qui exulare non possunt. Itaque passus
est iniquiore animo eripi sibi auxilium,
quam se patriae. Ergo literarum studijs
uacans in Asia Smyrna consenuit, & ci-
uitatis dono ultiro affectus, ciuis esse Ro-
desijt. Quin & cum ab amico quodam pri-
us consolaretur, diceretur qui instare arma
ciuilia, breui futurum esse ut cum exilibus
cateris reduceretur, quid tibi (inquit)
mali feci, ut mihi peior in reditum quam
exitum

exitum optares: malo ut patria in exilio
meo erubescat, quam reditum mœreat.
Ibi dum esset uersareturq; in Asia, exorto
inter Mithridatem Regem ac Romanos
bello, Mytilenis à Rege deprehensus, cū
Rex uno die Romanos omnes qui in A-
sia erant per literas occidi iussisset, crude-
litatem eius in togatos, uestitus mutatio-
ne uitauit, sibiq; soccos & pallium Græ-
co more induxit, quod erat homini Ro-
mano alioqui dedecori. Sylla inde in
Asia rē gerente cum Fimbria desperatis
omnibus colloquium Syllę expetissent,
ille Rutiliū (hunc opinor) ad Fimbriam
misit, qui oranti ueniam Fimbrię pollici-
tus est, fore, ut à Sylla usq; ad mare tutus
dimitteret, si ex Asia cuius procōsul Syl-
la esset, enauigare uellet. quod ille ægre
ferēs, paulo post manus sibi ipse intulit.

Eodem Mithridatico bello, cum Ma-
rius & Eumachus duces à Mithridate ad
uersus Lucullum missi essent, magno ex-
ercitu breui cōgregato, cū P. Rutilio (ne
scio an hoc nostro) apud Chalcedoniā
congressi, eū plurimamq; exercitus eius
parte ceciderunt. Hæc in uita et moribus,

illa

illa in doctrinis præstítit Rutilius. Inter
 Oratores non obscurum locum tenuit,
 sed in quodam tristi ac seuero genere di-
 cendi uersatus est, & natura uehemens
 & acer, & studio etiam stoicæ philoso-
 phiæ, cui præceptore Panætio operā de-
 dit, Græcis literis non modo eruditus ac
 doctus, sed prope in stoicis perfectus,
 quorum peracutum & artis plenum ora-
 tionis genus, sed tamē exile, nec satis po-
 pulari assentioni accommodatum. Itaq;
 illa, que propria est huius disciplinæ, phi-
 losophorum de se ipsorū opinio, firma
 in hoc uno & stabilis inuenta est. In fo-
 tensibus actionibus ac patroni munere
 multa opera multaq; industria fuit, quæ
 erat propterea gratior, quod idem ma-
 gnum munus de iure respondendi susti-
 nebat. Ergo orationes reliquit, Cicero-
 nis iudicio, ieunias. Multa insuper præ-
 clare de iure scripta composuit, quorum
 interdū testimonio posteriores usi sunt,
 & habitus est in Stoicis oratoribus. Eum
 ita doctum existimauit Lucilius, ut in su-
 is illis publicis eruditoru reiectionib;
 Tarentinis, Consentinis, Siculis se scribe-
 re diceret

re diceret, propterea quod Rutilij, Persij Scipionis iudicium reformidaret. Inter orationes unam reliquit de modo ædificationum, quam postea Augustus recitauit Senatui, & notam populo per edictum fecit, quo magis persuaderet, eam rē non à se primo animaduersam, sed antiquis iam tum curæ fuisse. Neq; uero sibi tantum severus fuit (quamuis hoc præcipua laude dignum) sed & alios oratorijs suis in iudicio utentes non dubitabat uituperare, & fures flagitososq; dicere, ut L. Crassum & Galbam cæterosq;. Panætio præceptoris suo plurimum tribuit, itaque solebat dicere, ut nemo pictor esset inuentus, qui Veneris eam partem quam Apelles inchoata reliquisset absoluere (oris enim pulchritudo reliqui corporis imitandi spē auferebat) sive ea quæ Panætius intermisisset & nō perfecisset propter eorum quæ fecisset præstantiam, neminem esse prosecuturum. Reliquit etiam historias & libros de uita sua, quorū nihil ad nostram ætatem seruatum est. Peruenit usq; ad Ciceronis tépota, ut à quo uisus auditusq; sit. Fundum in Formiano habuit

buit. Sanne non satis cōstat, an is sit P. Rutilius quem tradit̄ leui morbo impeditū nunciata fratr̄is in petitiōe consulatus repulsa, illico expirasse. Nā tres P. Rutilios hoc tēpore intra xxx. prope annos reperio Consules: hūc Rufum, & eum quiali quanto ante cū Popilio Lenate Consul fuit. alium P. Rutiliū Lupū, qui post Rufum hunc nostrum annis quindecim honorem eundem gessit. Certe constat hūc iuris peritum in exilio indignissime mortuum, ut qui malevolentię immerito nō facer, fortunæ aduersæ impetum non ad imminutionem uirtutis, sed ad experimentum contulit. Sororem habuit Rutiliam, quæ pari uirtute C. Cottam filium, cum is depulsus per inuidiam Tribunitu, non multis ab eo tempore mensibus electus esset ē ciuitate, secuta est in exilium, & usque eo fuit indulgentia constricta, ut mallet exilium pati, quam desiderium, nec ante in patriam quamcumq; lio redijt. Eundem iam reductum & in Republ. florentem tam fortiter amisit, quam secuta fuerat. Nec quisquā lachrymas eius post elatum filium notauit. In expulso

expulso circutem ostendit, in amissō prudētiā. Nam et nihil illam à pietate dēteruit, & nihil in tristitia superuacua stultaq; detinuit. Fuit & Rutilius Lupus, qui Gorgiæ Græci rhetoris sui temporis qua tuor libros de figuris in unum suum transstulit, qui nunc uetsatur in manibus.

Q. AE L I V S T V B E R O.

Tuberorum, quos ex Aelijs Pætis suisse suprà ostendimus (nam & Posthumios, Tuberones & Tuberos legimus) primum inuenio P. Aelium Prætorem sub finem belli Punici secundi. Ea quoque familia haud uno fuit Iure consulo contenta. E duobus qui sane ætatibus distincti sunt, maior Q. Aelius Tubero, natus est ex Q. uel ut alibi est C. Aelio Tuberone cognomento Cato (uel ut est apud Plinium, Cato Aelio, & si fere suspicor utrung; depravatum ex C. Aelio: neque enim hic fuit ille Catus Aelius Sextus) & Aemilia L. Pauli, qui Persem deuicit, filia. Itaque auunculum habuit P. Africanū minorem, qui Pauli & ipse filius, in Scipionū familiam per adoptio-

adoptionem uenerat. Pater Tuberō,
vir fuit optimus, & magnæ in Rep. auto
ritatis, sed ita tenui patrimonio, ut sex &
decem uiri ex Tuberorū familia simul us
tis ædibus, & quidem modicis cum cō
iugib⁹ & liberis habitarent, eodem lo
co, quo postea fuerunt Mariána monu
menta. Erat ijs unus in agro Viente fun
dus multo pauciores cultores desiderās,
quàm haberet dominos, inq̄ maximo
circo Flaminio spectaculi locus, quæ qui
dem loca ob uiteturē publice donata pos
siderat. Eadem gens nullum antea lctus
pulum argéti habuit, quàm Paulus, Per
se Rege deuicto, huic Q. Tuberoni gene
ro suo phialam quinq̄ pondo argéti ex
præda donaret. In talem tamen domum
princeps ciuitatis Aemilius collocare fili
am suam nō recusauit, ipse quoq̄ gloria
quàm pecunia ditior. Tuberoni uero ita
reconsulti patri hoc quoq̄ gloriosum cō
tigit, quod, cum in expeditione contra
Persem esset, sacerorum comitatus, deden
ti se Perseo & in castra Rom. proficisci
ti obuiam missus est à Paulo, Tuberoniq̄
custodiēdus traditus est Rex, Magni Ale
xandri.

xandri inter successores inclytus. Eidem
 consulatum gerenti, in quem socero suc-
 cesserat, cum Aetolorū gens omnis usus
 uasa argétea magno pondere, exquisita
 arte fabricata per legatos misisset, qui su-
 periori tempore gratulādi causa ad eum
 profecti, retulerant fictilia sc̄in eius mea-
 sa uasa uidisse, monitos, ne continentiae,
 quasi paupertati succurrēdum putarent,
 cum suis sarcinis abire iussit. Quam bene
 Aetolicis domesticā prætulerat, si fruga-
 litatis eius exemplum posterior ætas se-
 qui uoluisse. Sed quo paulo postea ueti-
 tum est: A seruis uix impetrari poterat, ne
 eam suppellectilem fastidirent, qua uti
 consul non erubuerat. Plinius enim eun-
 dem hunc esse tradit, qui fuerit Aemiliū
 gener. Ex hoc patre ortus Tubero iurisper-
 ritus, uita seuerus durusq; fuit, & congru-
 ens cum stoica disciplina, quam colebat:
 & à Panætio græco philosopho dies no-
 ñesq; studiose hauserat, adeò ut in trium
 uitatu contra Africani auunculi sui testi-
 monium non dubitauerit iudicare, uacâ-
 tionē auguribus, quo minus iudicij ope-
 tam darent, non cōpetere. Eundē tamen

P Africanū

Africanum post mortem funebri laudatione à C. Lelio, ut fertur, conscripta de more laudauit. ipse enim nullo in oratum numero est habitus, sed ut uita, sic & oratione durus, incultus, horridus, deniq; mediocris in dicendo, 'doctissimus in disputando: quod fere stoicis omnibus propter nimiam in arguta illa et atida dialectica consuetudine contigit. Itaq; honoribus maiorū paupertate orationis respondere non potuit, tametsi ad consulatū peruenisse eum, scribit Pomponius, quod ego in breuiarijs non compcri: cōstans alioqui ciuis & fortis, summaq; uirtute & prudentia, & in primis Graccho molestus, quāobré & Gracchi in eum oratio, & Tuberonis in Gracchū plures relictæ sunt. Cognitione uero iuris non modo non cessit maioribus suis Tubero, uerū etiam doctrina præcelluit. Scripsit etiā historias, unde multa citant Liuius, Dionysius, Gellius, & librū ad C. Oppium, & de officio iudicis. Existimabat etiam nullum senatus consultum fieri posse, non facta discessione. & ius esse præfecto urbis latinarū causa relicto, Senatus

hatus habendi. - De eo illud quoq^t tra-
 ditur, cum esset à Fabio Max. epulū po-
 pulo Rom. nomine P. Africani patrui sui
 defuncti dante, rogatus, ut tricliniū ster-
 neret. lectulos ligneos punicanos pelli-
 bus hœdinis strauisse; & pro argenteis
 fasiscamia exposuisse, cuius rei deformati-
 tate sic omnes esse commotos, ut, cum
 alioqui vir egregius haberetur, commis-
 tijq^t prætorijs candidatus in campum L.
 Paulo auo, & P. Africano auunculo ni-
 xus, descédisset, repulsa inde notatus ab-
 ierit. Nam ut continentiam semper pri-
 uatim probabat, ita publice maxima cu-
 ra splendoris habebatur. Quo circa Ro-
 ciuitas non unius cōuiuij numetum, sed
 tota se in illis pelliculis iacuisse credens,
 ruborem epuli suffragijs suis vindicauit.
 Sed quid cum populo bellua multorum
 capitum agas? Qui sapientius æstimant,
 hoc uno facto Tuberonē cuius optimo
 ac summo viro comparare non dubitat,
 & Lelijs ac Catonibus inservunt, quibus
 uidetur censura illa fuisse non cena. Inde
 illa Senecæ conquestio: o quām ignorat
 homines cupidi gloriæ, quid illa sit,

Locus ex lib.
 7. Val. Max.
 cap. 5. ad her-
 bum.

P 2 aut

CCXXVIII Q. AELIUS TUBERO

aut quemadmodū petenda. illo die populus Ro. multorum suppelle & item spestatuit, unius miratus est. omniū illorum aurum argentumq; fractum est, & millies conflatum, at omnibus sæculis Tuberonis fictilia durabunt. Paupertatē enim se dignam & capitolio iudicauit, cum sibi libus in publica cæna ante ipsius Ioucellam usus, ostendit debere his hominem esse contentum, quibus dñj etiam rūm ueterentur. Hunc (ut diximus) etiam Cos. fuisse autor est Pomponius, quod e quidē apud alios non inuenio. Virtute fuit & eruditus, & honestus, & nobilis, ciuis optimus, atq; integerimus. Quædam ad eum scripsit preceptor eius Panetius, ut de dolore patiendo: & epistles, quibus inter cætera præcipiebat, ut Crantoris ueteris academici libellum de luctu aureolum edisceret ad uerbum. Discipulus quoq; Panætij Hecaton Rhodus, de officijs ad Tuberonem scripsit. Idem Tubero L. Lucullum Xersemrogatum appellabat, propter ea ædificia & moles, quas in Cæpania mari imposuerat, que Tubero haud sane admirabatur.

PAVLVS

PAVLVS VIRG.

PAULUM quoq; Virginium hoc fere ordine Pomponius enumerat, de quo ipso nihil memini scriptum legisse. Virginia gens antiquissima patricij ordinis, ut ex qua Opiter Tricostus Ostricatusue cognomine octauū à pulsis regibus consulatum tenuerit: is, qui Cameriā urbem euertit. Multi deinde Virginij insignes uitii, uarijs cognominibus, Tricosti, Celi-montani, Rutilij. Fuit & alia plebeia, quam illustravit ille intersector filiae. Ex ultra ortus iureconsultus, incertum.

SEX. POMPEIUS.

SEx. Pompeius Sex. F. Cn. Pompei magnum patruus, præstantissimum ingenium contulit ad summā iuris civilis, & ad perfectam geometricæ ac rerum stoicarū sciētiā. Fratrem habuit Cn. Pompeiū in aliquo oratorum numero. Ipse ad Ciceronis usq; adolescentiam peruenit. De maioribus eius haud sane multa prodita munumentis legimus. Consulatum primus intulit in familiā Q. Pompeius cognomēto Nepos, anno ab V. C. Dcxiij.

p 3 Nec

nec quisque postea traditur cos. in gente
ante Gn. Pompeium Strabonem, huius
nostrum germanum, magni patrem, qui Syl-
ianas partes acriter sustinuit. Dignitas ge-
neris à filio ad summum concessæ in libe-
ra ciuitate amplitudinis gradum proues-
ta, in nepotibus frustra Cesarianæ tyran-
nidi obluctatis, penè funditus concidit.
Duo tamen Sex. Pompeij per Octauij
principatum longo interuallo in numer-
um cos. referuntur. Fuerat & Q. Poma-
peius Rufus, Strabonis in consulatu suc-
cessor. Inuenio etiam Sex. Pompeium pre-
torij viri patrem, Hispaniæ citerioris prin-
cipem, cum horreis suis uentilandis pre-
sideret, correptum dolore podagræ met-
fisse in triticum sese supra genua, leuatumque
siccatis pedibus, mirabili modo, hoc po-
stea remedio usum esse.

L. CAELIUS ANTIPATER.

LCælius Antipater, quāquis interius
aris peritos numeretur, maiorem ta-
men eloquentiae que scientie iuris operam
dedit. neque tamen ita, ut sit magnus ora-
tor habitus, aut uiris facumde historiam
conscripta

Remedium con-
tra Podagrā.

conscriptperit. paululum modo se supra
 Pictorem, Pisonem, Catonem, Fanniū,
 Vennonium, antiquiores rerum Ro. scri-
 ptores erexit: & addidit historiæ maiore
 sonum uocis. nam illi non exornatores
 rerum, sed tantummodo narratores fue-
 rint. ita is illos quidem uicit, sed ne ipse
 quidem distinxit historiam uarietate lo-
 corum, neq; uerborum collocatione, &
 tractu orationis leni & æquabili perpo-
 liuit illud opus, quod Salustius postea, et
 T. Liuius egregie absoluit. Sed ut homo
 neq; ualde doctus, neq; maxime aptus
 ad dicendū, sicut potuit, dolauit: & pau-
 lo inflauit uehementius, habuitq; uires a-
 grestes ille quidem atq; horridas, sine ni-
 tore ac palestra, sed tamen admonere re-
 liquos potuit, ut accuratius scriberent. Et
 tamen Adrianus imperator, uetustigene-
 ris dicendi studiosus, hunc Salustio præ-
 ferebat. Deniq;, ut temporibus illis, lucu-
 lentus scriptor fuit, iuris ualde peritus,
 multorū etiam, ut L. Crassi summi orato-
 ris, non P. Crassi Mutiani (in quo Zasius
 fallit) magister, & cū eodē Crasso famili-
 ariter uixit, estq; uir optimus existimatus.

Error Zasj.

CCXXXII Q. MVT. SCEVOLA

De huius quoq; maioribus pauca comp̄peri. nec nisi circa eius tempora C. Cæliū Caldū cos. Nam quem alij antea P. Cælium Ligonem numerant, est apud Liviuū s̄pē Aelius Ligur. Addidit deinde familiæ nonnullum decus M. Cælius Rufus, vir prætorius, non leuis orator, pro quo extat Ciceronis oratio, & eius epistolarū liber inter Tullianas. uixit enim cum eo familiarissime.

Q. MVTIVS SCEVOLA

Augur.

Qutquem Cicero in libris de Oratore facit cum L. Crasso genero suo, quem & ius ciuile docuit, de oratoris officio differentem, & in dialogo de amicitia disputantē, meminit & in Bruto, muleisq; præterea locis. Eū enim adolescens Cicero coluit, ad eumq; frequenter uentitauit, & ius ciuile ab eo didicit. Is Mutius in oratorū quidē numero non fuit, sed, quod pro se opus erat, ipse dicebat, ut de pecunij repetundis cōtra T. Albutiū, quo in iudicio, cū esset absolu-

tus,

rus, belle obiurgauit Albius Graniū, cum
enim Granij tabulis quiddā Albutius in
Sc̄euolā probasset, ualdeq; absoluto Sc̄e-
uola gauderet Granius: Non intelligis
(inquit Albius) contra tuas tabulas Gra-
ni esse iudicatum: Iuris autem ciuilis in-
telligentia, atq; omni prudentiæ genere
& stoica philosophia, ut Panetij auditor
pr̄stigit. Quo magis miror à Pomponio
Iureconsulto in cōmemoratione Iurispe-
ritorū esse pr̄teritum, cum & domum
eius quotidie maxima consulentium fre-
quentia & maximorum hominū splen-
dore celebratam legamus, ita ut prope
habita sit totius oraculum ciuitatis, nisi
quod forte scripti nihil reliquit. Habitus
est etiam percomis & facetus, ut in eun-
dem accusatorem suum T. Albutiū, qui
quum ut uideretur Græcus, usq; ad ine-
ptias affectaret, à Sc̄euola est pr̄etor salu-
tatus Athenis. Quem quidem locū cum
multa uenustate & omni sale posuit Lu-
cilius, apud quē pr̄clare Sc̄euola, Græ
cum te Albuti, quām Romanum atq; Sa-
binum, municipē Ponti, Titi, Anni, Cen-
turionum, pr̄clarorum hominum ac pri-
morum

CCXXXIII Q. MVT. SCÆVOLA
morum, signiferumq; maluisti dici. Græ-
ce ergo Prætor Athenis, quod id malui-
sti, te, cum ad me accedis. saluto. χαιρε,
inquam, Tite, lictores, turma omnis, co-
horsq; χαιρε. hinc hostis Muti Albutius,
hinc inimicus. Eum etiam pedibus labo-
rassè constat, & tamen Scæuola opti-
me pila lusisse in certo est, in quo tamen
(si fas est dicere,) suspicor hallucinatum.
Valerium Max. hæc nostro huic auguri
tribuentem, quæ uidetur Cicero sub An-
tonij persona de P. Mutio Scæuola, cuius
uita supra scripsimus, prodiisse lib. pri-
mo de Oratore his uerbis: Nāsi (inquit)
quisq;, ut in aliqua arte & facultate excel-
lens, aliā quoq; artem sibi assumpserit, is
perficiet, ut, quod præterea sciet, id eius,
in quo excelleret, pars quedā esse videatur.
Sic et ista ratione dicamus pila bene et xij.
scrupis ludere proprium esse iuris ciuilis,
quoniā utrumq; eorū P. Mutius optime
fecerit. hec Cicero: & quo minus ambiga-
tur, illa presente Q. Mutio hoc augure di-
cta sunt, de quo augure nō sensisse Vale-
rium ne suspicandum quidem est, cum
eum & Lelij generum & socegū L. Crassi
dicat

dicat: tametsi pro L. Crasso P. Crassum exemplaria mendosa Valerij habeant, lib. octauo, cap. octauo. Itaque hæc de P. illo Scæuola ego accipio, qui decem libellos reliquit, de quo supra diximus, fratre P. Crassi Mutiani. Habuit igitur Q. Mutius Lelij filiam maiorem in matrimonio, ab eoq; in augurum collegium cooptatus est, C. Fannio altero genero præterito grandiore. Filiam suam Mutius ipse nuptui dedit summo Ora- tori L. Crasso, à quo ita est reueritus, ut magistratus petens, cum omnium candidatorum more circa forum supplex am- bire populum cogeretur, nunquā adduci potuerit, ut id præsente socero suo gra- uissimo & sapiètissimo uiro faceret, itaq; rogabat eum Crassus, ut à se, dum inepte rei inseruisset (quod erat blandius pete- re) discederet, maiorem uerecundiā di- gnitatis eius, quam candidæ togæ sue re- spectum agens. Idem Mutius tanta mo- deratione erat, ut, cum de iure prædicato- rio consulere, homo peritissimus cōsula- tores suos nonnunq; ad Furium & Cassé- lium prædictores rejiceret, quod putabat negocium

negocium ab his aptius explicari posse,
 qui quotidiano eius usu callebant. Præ-
 tor Asiam obtinuit, in qua cū esset Rho-
 di, sæpe cum dicendi magistris, præser-
 tim clarissimo Apollonio contendere
 consueuerat, philosophiam oratoriae fa-
 cultati anteponens. Consulatum eti-
 am gessit anno ab V.C.Dcxxxvij.in quo
 magistratu de Dalmatis uictis cum colle-
 ga triumphauit. Alij collega solum, idq;
 sine causa triumphasse scribūt. Cum Syl-
 la depulsis prostratisq; inimicorum par-
 tibus Remp. occupasset, Senatumq; ar-
 matus coegisset, & summa cupiditate
 ferretur, ut quam celerrime Senatus con-
 fultus Marium hostem patriæ iudicaret,
 nec quisquam Senatorum uoluntati eius
 resistere auderet, solus Scæuola de re in-
 terrogatis dicere sententiam noluit, quin
 etiam truculentius sibi minitante Sylla,
 licet (inquit) agmina militum, quibus
 curiam circunfedi mihi ostentes, licet
 morte identidem miniteris, nunquam
 tamen efficies ut propter exiguum seni-
 lemq; meum sanguinem Reip. hostem
 Marium iudicem, à quo urbs & Italiacó
 secuata

seruata est. Bello etiam Marsico cum esset summa senectute, & perdita ualeutudine, quotidie simul atque lucebat faciebat omnibus conueniendi sui potestatē, neque eum quisquam illo bello uidit in lecto, senexque et debilis primus ueniebat in curiam. Idem confectus iam senectute, præpeditus morbo, mancus, & membris omnibus captus ac debilis, cum propter Saturnini tumultum Senatus capienda esse arma decreuisset, hastili nixus, & animi uim, & infirmitatem corporis ostentauit, nec patriæ, ne extremo quidem in spiritu defuit. Habuit Mutius subiratum Lucillium Poetam satyrarum autorem, à quo etiam carminis licentia impetus est, & quidem patientissime, unde illud est Iuuenal is:

*Quid refert, dictis ignoscat Mutius,
an non.*

Iridens autem Mutium Lucilius, sic loquenter faciebat in Albutium aduersarium suum:

Quām lepide lexeis compostæ, ut tessellæ omnes, Cculato.

Arte paumento atque emblemate uermis Crassum

CCXXXVIII Q. MVT. SCAEVOLA
Crassum habeo generum, ne rhetoricoz
teros tu sis.

Q. MVTIVS SCAEVOLA
Ponifex Maximus.

PATR Mutij, à quo decem de iure ciuili li
bellos esse relictos supra demon-
strauimus, filius Quintus cognominem
habuit Mutium augurem, cuius item ui-
ta superius scripta est. Itaqe sacerdotio di-
stinguuntur, ille etenim Augur, hic Pont.
Max. fuit, quo sacerdotio patrem quoque
eius Publum functum ostendimus. Cæ-
terum is filius Tribunatum gessit, eoque tū
in rostris sedente, suasit Seruiliam legem
L. Crassus, qui cum viro eloquentissimo
postea cōsulatum gessit Scæuola, cæte-
rosque omnes magistratus, præter Tribu-
natum, quē anno post & censurā, quam
aut semper spreuit, aut certe nunquā asse-
cetus est. In consulatu legē tulit, ne esset
pro ciue, qui ciuis non esset. Traditur eti-
am (hunc enim opinor) Q. Scæuola P.
filius primus omnium Romæ plurium
simul leonum pugnam in spectaculis cu-
tulis ædilitatis edidisse, Proconsulatum
quoque

quoque Asiae obtinuit, quo exituro illud
peruenuste dictum contigit per dissimila-
lantiam, quam Ironiam Græci uocant.
Nam cum rogaretur à Septumuleio As-
tagnino, cui pro C. Gracchi turbulens
tissimi ciuiis capite erat aurum repensum
ut se in Asiam præfectum duceret, quid
tibi uis (inquit) insane & tanta malorum
est multitudo ciuium , ut tibi ego hoc
confirmem, si Romæ manseris, te paucis
annis ad maximas diuitias esse uen-
tum . Prouinciam tam sancte tamque
fortiter administrauit, ut non modo, si
quis integrum magistratum dicere uel-
let, Q. Mutium eum appellaret. sed eti-
am Senatus deinceps in eam prouinci-
am ituris magistratibus, exemplum at-
que formam officij Scæuolam decreto
suo proposuerit. Illud sigillatim tradis-
tur, nullum ibi iudicem ex cohotte sua iu-
dicandis rebus dare solitum. Edicto quo
que nescio cui exceptionē illam addidit,
extra quam siita negocium gestum est,
ut eo stari non oporteat ex fide bona. Il-
lud quoque edixit, ut Græci inter se legibus
suis disceptaret, atque alia multa quequāz
plurimi

plurimi postea magnæ integritatis viri
 in sua transtulerunt. Inimicissimos vero
 & habuit propter seueritatem suam publi-
 canos, genus hominum morosum, et ni-
 hil non sibi pecuniæ studio indulgeri cu-
 piens, Romæ tamen quod splendidissi-
 mum ex equestri ordine esset nimio plus
 quam oportuisset potens, Scæuola au-
 tem ita seuerus, ut à iure æquoq; & bono
 nullius causa dimoueri, ne transuersum
 quidem (quod aiunt) unguem unquam
 potuerit. Gloriam iusticiæ & abstinentiæ
 eo illustriorē ex prouincia retulit, quod
 cito decessit. Nam solus nouem menses
 Asiae prefuit. Ciuali quoq; tumultu Sa-
 turnini armatus pro patria accurrit. Om-
 nino motibus ornatissimis fuisse tradi-
 tur, nam & parcorum elegantissimum,
 & in multa seueritate comé fuisse, et mul-
 tis præterea rebus elegantem hominem
 constat. Fundum habuit pertenui villa,
 ut uix messem caperet, cum eadem æta-
 te villa Luculli fundum desideraret. ita-
 que uterq; ab agriculturæ peritis in eo re-
 prehensus est. Studia hæc maxime colu-
 it. Habitus est præter iuris ciuilis cogni-
 tionem

tionem in patronorum atq; oratorum quoq; numero. Erat enim & disciplina iuris eruditissimus, & ingenio prudentia acutissimus, & oratione maxime limata atq; subtili, uerbisq; ad rem summa cum breuitate explicandam mirabiliter accommodatis. ut eum non immixtito collega eius Crassus iurisperitorū eloquentissimum, eloquentium iuris peritissimum existimauerit. Clarissima eius oratio fuit in iudicio M. Curiū, & M. Coponij apud centumuiros. cum enim ita substitutus esset Curius posthumo, si is ante a more retur, quam in suam tutelā peruenisset, Sceuola Coponium ab intestato hæreditatem petentem defendit, negauitq; si posthumus natus non esset, locum substituto factum. ita enim scriptum esse, ut & nasci eum oporteret, & pupillum descendere. Contra collega eius L. Crassus, ex bono & æquo. autore Mutio Augure socero suo, substitutum admittendū esse contendit, etiam non nato Posthumo, quod id sensisse testator uideretur, etiam si non natus esset Posthumus, admitti tamen substitutū uellet. Vterq;

q uero

uero ita se in ea causa iactauit, ut omnium iudicio laudatissimi discesserint. Multa dixit Sceuola de testamentorum iure, de antiquis formulis, quemadmodum scribi oportuisset, si etiam non nato posthumo substituere testator Curium uoluisse. quod captiosum esset populo, quod scriptum esset, negligi, & opinione querenti voluntates, & interpretatione disertorum scripta simpliciū hominum peruersare. Multa etiā de autoritate patris, qui semper id iuris esse defenderat. Multa quoque de conseruādo iure ciuili. quae quidem omnia tam perite, sc̄iēter, breviter, pressē, ornate explicuit, ut nemo in populo fuerit, qui aut expectaret, aut fieri posse quidquam melius putaret. Cuius tamen sententia D. Marci & Veri constitutione reprobata tandem est. Dixit & pro P. Rutilio repetundarū reo, enucleate, & polite, & orationes aliquot scriptas reliquit. Eiusdem multa in iure ciuili feruntur dicta. Nam & formulā iuris iustandi condidit, quo in arrogationibus uterentur. Et dicere solitū ferūt, non esse usurpatā mulierem, quæ, cum Cal. Janu. apud

spud virum matrimonij causa esse cepis-
set, ad diem quartum Cal. Ian. sequentis
anni usurpatū issit. Non enim posse im-
pleri trinoctium, quo abesse à uiro usur-
pandi causa ex xij. tabulis deberet, quo-
niam tertiæ noctis posteriores sex horæ
alterius anni essent, qui inciperet ex Cal.
summā uim esse dicebat in omnibus ar-
bitrijs, in quibus ageretur ex fidē bona.
Fidei bonę nomen existimabat manas-
te latissime, idq; uersari in tutelis, societa-
tibus, fiducijs, mandatis, rebus emptis,
penditis, conductis, locatis, quibus uitæ
societas continetur. In his magni esse iu-
dicis statuere, præsertim cum in plærisq;
essent iudicia contraria, quid quēq; cuiq;
prestare oporteret. Ipse cū aliquando po-
stulasset, ut sibi fūdus, cuius emptor erat,
semel indicaretur, idq; uendor ita fecis-
set, dixit se pluris estimate, addidit centū
millia: adeo à uiri boni officio non disce-
debat. Pontifices ab eo dictos interpreta-
batur, q; possent facere nexum, quicquid
per æs & librā fieret aut obligaretur, pre-
ter quā si daretur mancipio. multorumq;
præterea uerborū etymologias conatus

q 2 est

CCXLIII Q. MVT. SCEVOLA

est sedulo retrahere, quæ fugitiua obliuio
maioribus iam tum ademerat. Dicebat,
ut ex patre etiā audisset, pont. neminem
bonum esse, nisi qui ius ciuile cognosceret.
Primus ius ciuile constituit generatim sibi
libros decem & octo redigendo, plurimis
mosq; auditores habuit, sed præcipue au-
toritatis, Gallum Aquiliū, Lucilium Bal-
bum, Sex. Papyrium, C. Iubentium. Ei
& Cicero adolescens operam dedit post
Sceuolę Auguris mortem, ab eoq; multa
didicit, quorū meminir præcipue de le-
gibus, cum de ijs agit, qui sacris defuncti
alligentur. eum ita probauit Sceuola, ut
diceret fore, ut Mariana quercus in Arpi-
nati, quam Cicero carmine celebrasset,
canesceret sæculis innumerabilibus. Is
quanquam nemini se dabat ad docen-
dum, tamē, consulentibus respondēdo,
studiosos audiendi docebat. Fit autem,
ut quum tot sint Sceuolę, multa circum-
ferantur, quæ ad quem pertineant, incer-
tum sit, nisi aut prænomen, aut signū ali-
ud adiçciatur. Nam & si pontifex dicitur,
nescias patrem ne an filium accipio por-
teat. ut illud, quod est apud Macrobiū,
solitum

solitum Sceuolam pōtificem dicere, qui
 ferijs indicis cōceptisūe opus fecisset pru
 dens, expiare nō posse. quod tamen Var
 ro innuit ad filiū pertinere, quum scribit,
 prætor, qui illis ferijs prudens sit farus, ex
Q. Mutij sententia ambigi eum expiari,
 ut impiūnō posse. Itemq; illud, Sceuola
 (inquit) consultus, quid agi ferijs liceret,
 respondit, quod prætermissum noceret.
 Tametsi hæc promiscue dicta libētius ad
 filiū retulerim, qui est celebrior habitus,
 iuris præsertim cognitione, nisi quæ aut
 temporū aut alia impediat ratio. Illud ue
 ro, quod legitur pertulisse **Q.** Mutiū mul
 ta aspere, & ferociter, & libere in se dicta,
 ad utrū referemus? Augurem: in quo ge
 nuinū fregit Lucilius: an pontificē: qui
 proconsulatu Asiae, ac reliqua seueritate
 inimicitias sibi publicanorū cōflauit: &
 illud, quod inter moderationis animi
 exempla in **Q.** Sceuola excellentissimo
 uiro adnotatū est. Testis namq; in reum,
 productus, cum id respondisset, quod sa
 lutem periclitantis magnopere lesurū ui
 debatur, discedens adiecit: ita sibi credi
 oportere, si & alij idē asseuerassent. quo-
 q; 3 niam

CCXLVI Q. MVT. SCEVOLA

Cniam unius testimonio aliquem credere
pessimi esset exempli. & religioni igitur
suæ debitam fidem, & communis utilita-
ti salubre consilium reddidit. Sed (ut ad
huius certa & propria reuertatur) orta
inter Syllam & Marium contentione,
quum pro Sylla sensisse crederetur, Ma-
rianiq; urbem inuasissent, sub specie ha-
bendi senatus, instigâte Mario filio tum
Cos. Damasci prætoris iussu (alij Da-
mam, quidam Damascium tradunt) os-
innis nobilitas conuenit. obfessaq; curia,
sic de Senatu, quasi de carcere qui iugis-
larentur, educti. Tum Sceuola fugiens;
& uestales amplexus aras, ad Marij fu-
nus in curia Hostilia à C. Fimbria iam
grandis natu trucidatus est, ita, ut sanguis
suo sacrarium, & simulachrum Vestæ
respergeret. Quem cum ex uulnere ali-
quantisper recreatū Fimbria, ac posse ui-
uere conspexisset, adiecit sceleri ludibri-
um. Sceuolam enim apud populum ac-
cusare institit, eiq; diem dixit. Interroga-
tus deinde, quid de eo secus dicturus es-
set, cui pro sanctitate morum, satis digna
laudatio reddi non posset: Ille (ut erat
furiosus

furious atq; insanissimus) respondit, se
obiecturū illi, quod parcus neq; totum
corpore tēlū recepisset. Attamen Sceuo-
la obijt, corpusq; inde in Tyberim pro-
iectum est. Hunc uir optimus, temperan-
tiæ ac prudentiæ specimen. infœlicissi-
mum exitum fortunæ iniuria est perpes-
sus : Mors eius tantum potuit, ut omnes
ciues suos perdiderit, quos quia seruare
per compositionem uolebat, ipse ab eis
interceptus est, neq; id imprudens. Nam,
cū dicere soleret, se id fore uidere, quod
factū est, possetq; suas partes extra urbem
sequi, se id malle predicabat, q; cum dis-
scelisset, armatum ad patriæ mœnia ac-
cedere. Lucanus tamen, ante Marij pa-
tris mortem significare uidetur extinctū
esse Sceuolam, illis uersibus.

Te quoq; neglectum uiolatæ Sceuola
dextræ,

Ante ipsum penetrale deæ semperq; ca-
lentes

Mactauere focos, paruum sed fessa serie
etius

Sanguinis effudit iugulo, flammisq; pe-
percit.

CCXLVIII C. A Q VIL. GALLVS

Septimus exequitur repetitis fascibus an
Ille fuit uitæ Matio modus. (nus.)

Error Blondi. Quam necem Blondus magno errore
Mutio Auguri adscribit. ut contra Medi-

Error Cotte. ołanensis Cotta huic illud de rei ciendis
ad Furium & Casellum consultoribus,

Error Zafij. quod nos supra Auguri tribuimus. Neq;
minus imperite Zafius ab Augure ad
hunc transfert illud de domo eius à Cice-
ronie scriptū in personam L. Crassi, quæ
fuerit habita totius oraculū ciuitatis, &
de seditione Gracchana, cuius tempore
nō hic, sed pater eius P. Mutius cos. fuit.
Hunc antiquissimum ferunt inter eos,
quorum ex libris confecerit Iustinianus
pandectas iuris ciuilis, unumq; tantū ibi
librum eius acciri definitionum.

C. A Q VIΛIVS GALLVS.

AQuili generis nobilitas utinā tam
egregio quam ueteri facinore cōstas-
ret. Siquidem inter coniuratos reducēdi
Tarquinij Regis per proditionē, Aquili
ex sorore Collatini cos. nati, leguntur. &
cos. C. Aquilius anno xxiij. post pulsos
Reges, aliquotq; deinde Corui, Floriq;
Galli

Galli cognomine. Primus inuenitur **L.** Aquilius qui prætor Siciliam obtinuit anno ab V. C. Dlxxvij. Hac ortus familia **C.** Aquilius Gallus eques Rom. à Q. Muttio Pont. Max. ius ciuile didicerat. Cūq; acutus esset & exercitatus prōptam & patratam in agendo & respondendo celeritatem obtinuit, fuitq; maximæ autoritatis apud populum Rom. & res multas iudicabat, transactionibusq; sese interponebat, & peritissimus existimatus est. Ita que regnū quoddam eius iudiciale erat, cuius gratia à petendo etiam Consulatu abstinuit, cum præterea morbum iurasset. Ipse Seruium Sulpitium ius ciuile docuit, & ab eo illustratus est. Nam alioqui scripta eius non talia fuere, quæ in posterorum manibus magnopere uersata sint atq; expedita. Celebre est illud æquitatis eius exemplum. Nam cum C. Visellius Varro graui morbo correptus, trecenta millia numum ab Octacilia Laterensi, cum qua commercium libidinis habuerat, expensa ferri sibi passus esset, eo consilio, ut si deceperisset, ab haeredibus eam summam peteret, quam legatigenus es-
q; s se uoluit

CCL C. A Q V I L. G A L L V S

se uoluit, libidinosam liberalitatem debiti nomine colorando. Euasit deinde ex illa tempestate aduersus uota Octacilia, quæ offensa quod spē p̄dæ suę mortenō maturasset, ex amica obsequeti subito districtā feneratricē agere c̄epit numos petendo, quos ut fronte inuercūda, ita īanī stipulatione captauerat. De qua re **C.** Aquilius uir magnæ autoritatis, & scientia iuris civilis excellens, iudex addusetus ad hibitis in consiliū principibus ciuitatis, prudentia & religione sua mulierem repulit. Quod si eadem formula & Varro damnari, & aduersaria absolui potuisset, eius quoq; non dubito quin turpem & inconcessum errorem libenter castigatus fuerit. Hunc priuatæ actionis calumniam ipse cōpescuit, adulterij crimem publicæ quæstioni iudicandum reliquit. Remp. etiam attigit, & optima tium partibus ad h̄esit, hoc est, q̄s qui diligere partiā uidebantur. Domū habuit in colle Viminali consensu omnium, multo cæteris omnibus Rom. ædibus illo aëno pulchriorem, ut existimati possit secundum nostrorum hominum in veteribus

bus pecunijſ æſtimandis diligentia, du-
centis circiter millibus noſtatiū aureorū
habitasse Gallus. Eius non nulli hodieq;
oſtendi fundaſta apud Sufannæ au-
tores ſunt, quod an ad Iurisperitū referē-
dum ſit, fruſtra dubitat Zafius. Inter re-
pentinæ mortis exempla numeratur P.
Quintius Scapula, qui apud hunc cenās
repente animā efflauerit. Filiū etiam ha-
buit Gallus, quē uiuēs amisiſ. Vixit cum
M. Tul. Cicerone familiariter. Collegæ
enim in pŕetura fuerunt, eumq; orantem
iudex nō ſemel audiuit. Iurisdictionē eti-
am de ambitu exercuit. Solebat Gallus
cum de littoribus ageretur, quærentibus
ijs ad quos ea res pertinebat, quid eſſet
littus, ita definire, qua fluctus eluderet,
describēs ſcilicet per trāſlationes uerbi ex
ſimilitudine cū quadā ſuauitate, ut Ora-
tores & Poete ſolent. Ac, ſi quando ali-
quis ad eum quid tale retulerat, ut de fa-
cto quereretur, quia id nihil ad ius perti-
nebat ad Ciceronē inquibat Gallus, Ora-
toris munus eſſe inter pŕetās. Cūq; Gallus
de dolo malo formulas protaliffet, euer-
ſiculū maliſtarum omniū (nam antea in
tutela

tutela tantum xij. tabulis & circūscriptio adolescentium lege Plectoria, & sine lege, iudicij, in quibus ex fide bona agebatur, dolus malus erat vindicatus) querente de eo Cicerone, quid esset dolus maius, respondebat luculenter ut homo peritus definiendi, cum esset aliud simulatum, aliud actum. Huius viri prudētiam Populus Rom. in cauendo, non in decipiendo perspexit: iuris enim ciuilis rationem nunquam ab æquitatæ seiungebat. Multos annos ingenium, labore, fidem suam populo Ro. promptā expositamq; pr̄ebuit. Deniq; ita iustus & bonus vir fuit, ut natura nō disciplina consultus esse videretur: ita peritus ac prudens, ut ex iure ciuili non scientiam solum quandam, uerum etiam bonitatem ei natam appareret. Eius tantum fuit ingeniū & prompta fides, ut, quicquid inde haurires, purum liquidūq; te haurire sentires, ideoq; responsa eius maxime apud iudices auctoritatis erant, ex quibus multa adhuc in libris Digestorū extant, celeberrimum illud de Posthumis nepotibus hæreditibus instituendis.

L. Lucilius

L. LVCIL. BALBV^S CCLIII

L. LVCILLIVS BALBV^S.

Lucillius Balbus, doctus, & erudi-
tus ac peritissimus homo, & ipse
Seruum Sulpitium instruxit in iure ciui-
li. In agendo & respondendo considera-
ta tarditate utebatur. Eius quoque scripta
parum uersata sunt in posterorum mani-
bus, sed à discipulo Seruio maxime illu-
straſtus est. Is plurimum consulebatur.
Dedit & stoicæ philosophiæ operam,
qua in disciplina tantos progressus ha-
bebat, ut cum excellentibus in eo genere
Gr̄ecis compararetur. Itaque etiam Antio-
chus Gr̄ecus philosophus ei opus suum
quoddam misit, ex quo eum Cicero par-
tes stoicorum in suis libris defendantem
fecit. P. etiam quendam Octaviū Bal-
bum iuris peritissimum, ingenio prudē-
tissimum, fide, religione, officio diligen-
tissimum, nominat in oratione pro Clu-
entio Habito, & in Verrem, qui aliquan-
do iudex fuerit. Ut idem esse possit, ratio
temporis, ut non possit, uarietas nomi-
num facit. De origine aut antiquitate ḡe-
tis uix quicquam compertiu inter nouos
homines

ECLXXXI L. LVCIL. BALVS

homines numerari Lucilius possit. Fusi
it eodem nomine Poeta Satyrarum as-
pud Latinos autor, & qui primus condi-
dit stili nasum, ætate paulo superior Bal-
bo, ex Aurunca.

CN. AVFIDIVS ALII Q VE

CN. etiam Aufidium significat Cicero
anterioris peritos fuisse, licet eum o-
miserit Pomponius. Is cum esset cæcus,
tamen & in Senatu sententiam dicebat,
cum esset Prætorius, nec amicis delibe-
rantibus deerat, & Græcam scribebat hi-
storiā, multumq; uidebat in literis. Et
ut una defungamur opera, idem Cicero
aliquot sparsim enumerat circa hæcten-
pora, aut paulo ante, à Pomponio præ-
ritos. Credo quod nihil scripti relique-
rāt. In his est C. Aculeo materteræ Cicero-
nis uir, qui cum L. Crasso Oratore fami-
liariter multumq; uixit, filiusq; eius C. Vi-
sellius Varto consobrinus Ciceronis. C.
Fimbria, Q. Lucretius Vispillo, C. Bilius-
nus, P. Quintilius. M. Marcellus, L. Vale-
rius ille facetissimus, Ciceroni familiaris,
cum quo per literas festigissime iocatur,
& sodalem

& sodalem suū nuncupat, sed & P. Confa, quem facetissime irritisit Cicero: nam quum in iudicio de re quadam testis interrogatus, negasset se quicq̄ scire fortasse de iure interrogari te putas, inquit Cicero. Alios præterea recenseret non tam ciuilis quam aut pontificij aut publici, ut L. Posthumium, aut auguralis iuris peritos, ut Appium Clodium æqualem suum, à quo scriptos ad se libros de iure Augurali indicat. Hos igitur omnes nobis non est uisum longius attingere.

C. I V V E N T I V S

Cuel ut apud Ciceronem est) T. Iuuentius, Q. Mutij Pontificis Max. & ipse auditor fuit, præcipue autoritatis nam & oratoriam exercuit, & in priuatis causis multum uersabatur, nimis ille quidem lentus in dicendo, & pene frigidus, sed & callidus, & in capiendo aduersario uersutus, & præterea nec indosetus, & magna cum iuris ciuilis intelligētia. Cuius auditor P. Orbilius, Ciceronis fere equalis, in dicēdo nō nimis exercitus, in iure autē ciuili nō inferior, q̄ magister

gister fuit. Itaq; ne huius quidem Iuuenij scripta ualde in manibus hominū uerata sunt. Hunc etiā Seruius Sulpitius auidiuit, & crebrā in libris suis mentionem eius faciebat. Familiæ non in postremis claritas. Primum legi T. Iuuentium Praetorē anno V.C. Dlx. qui peregrinā iurisdictionē habuerit, neg; multo post Cos. M. Iuuentium, tum eiusdem prænominis prætorem, qui sit à pseudo Philippo in Macedonia cum exercitu cœsus, & post iurisperitū ille, uita & morte consentaneus, & merito appellatus vir sanctissimus Iuuentius Lateranensis, qui bello civili Antoniano, cum diu egregiam Reipub. operam præstisset, & se tandem deceptum perfidia M. Lepidi intelligereret, cui ualde suaferat, ne se cum Antonio cōiungeret, gladio se ipse transfixit. Vir et fidei & animi in patriam singularis. Fuit per idem tépus is quoq; cuius mellitos oculos lasciuo carmine celebrat Catullus, cognomen omnibus unum propemodum datur, sed inconstantia codicuum uarium. Talpas enim, Taluas, Caluas, Heluas, dictos reperias.

Sex.Pa*

SEX. PAPIRIVS.

Intra auditores eiusdem Q. Mutij, quorum
summa extitit autoritas, fuit & Sex. Pa-
pius, quem etiam Seruius Sulpitius &
audiuit, & scriptis suis, parum persua ipsi-
us montumeta celebrarem, illustrauit. Ori-
ginem gentis & titulos in Papirio maio-
re executi sumus. Huius Papirij preno-
men ex Sex. in L. mutare nititur Zasius, Error Zasij,
tatione imbecilli.

P. SERVIVS SULPITIVS.

Sulpitiorum familia Romæ nobilissi-
ma antiquissimaq; fuit, ut ex qua ori-
tundus Galba Imperator, paternam ori-
ginem ad Iouem Minoemq; retulerit,
proposito etiam stemmate in atrio palaz-
tinæ domus. relictam in Etruria sobo-
lem ferunt ex Glauco Minois filio, qui
bello illis gentibus illato captus Vetus-
titæ substiterit. Multi tamen Sulpitij, sub
liberata mætate regibus Romam illustres co-
gnomento Cametini coniecturam faci-
unt, gentem Cametio oriundam fuisse.
Vtcunq;, uaria gentis cognomina atq;
honores exequi hoc loco nō uacat. Illud
f hor

non prætereundū, ex Sulpitij Calbis Augustum patremq; eius inter iurisperitos à nonnullis numerari. Nam pater modis cæ in dicendo facultatis, causas industrie actitauit. Filius inter liberales disciplinas attendit & iuri. Sed res eorum gestas eleganti libello Suetonij inter Cæsares relatas repeti superuacaneum est. Itaq; re deo ad Seruium Sulpitium, cui quidam prænomen P. addunt, Cicero etiam Rufi & Lemoniæ cognomina. Rufum quidem Sulpitium primum dictum inuenio post Camerinos, Cossos, Cornutos, trib. consularem anno, quo urbs à Gallis capta sit, ut inde durarit in gente. Cæterum significare uidetur Cicero quodam loco, gentem Seruiam præcipuam quan dam & à Sulpitia diuersam fuisse, cum ait ad allusionē nominis fingi posse, originē à Seruio rege Ro. traxisse. Vt cuncti sit, auus Seruij huius nulla illustri laude celebratus: pater Q. Seruius equestrem locum non excessit. Itaq; P. Seruius Sulpitius Rufus Lemonia, cuius nunc uitam scribimus, memoriam generis sui prope intermortuam uirtute renouauit.

Is ados

Is adolescentiæ suæ annos eloquentiæ exercitationibus philosophiæq; impensis, eiusq; adipiscendæ gratia Rhodum est cum Cicerone profectus, quo melior esset, & doctior. & inde ut redijt, cum in eloquentia & patronorum numero principi cuius par esse posset, maluit tamen in iure ciuili primum, quam in eloquentia Ciceroni proximum locum obtinere. Scribit autem Pomponius, cum in causis orandis Seruius primum locum, aut certe post M. Tullium obtineret, dicit ad consulendum Q. Muttium Pont. Max. de re amici sui uenisse: cumq; responsum Mutij de iure Seruius parum intellexisset, iterumq; Mutium interrogasset, ne secundum quidem responsum perceperisse, itaq; obiurgatum à Mutio, quod diceret turpe esse patricio & nobili viro, & causas oranti, ius, in quo uersaretur, ignorare. ea ueluti contumelia tactum Seruum, ait Pomponius, iuri operam dedisse, sub Gallo Aquilio, Lucillio Balbo, Sex. Paspirio, C. Iuuentio. Iuris autem scientia ita excelluit, ut omnes non eiusdem

t 2 modo

modo ætatis, sed eos etiam qui ante a fūs
issent, longe superauerit. & si enim iuris
civilis magnum usum multi ante Seruiū
habuerat, istamen primus arte quadam
eam scientiam pertractauit. Dialecticam
enim adhibuit, qua confusum antea ius
in partes distribueret, definiret, interpræ-
taretur, distingueret, regulam deniq; ha-
beret, qua uera à falsis dignosceret, vide-
retq; quæ quibus propositis essent, queq;
non essent consequentia. Adiunxit & li-
teratum scientiam, & loquédi elegantiā.
Cumq; discendi causa duobus peritissi-
mis operā maxime dēdisset, L. Lucillio
Balbo, C. Aquilio Gallo, Galli hominis
acuti & exercitati, promptā & paratam
in agendo & respondendo celeritatem,
subtilitate, diligentiaq; superavit. Balbi
docti & eruditī hominis in utraq; re con-
sideratam tarditatem uicit expediendis
conficiendisq; rebus. Sic & habuit, quod
uterq; eorū, & expleuit, quod utriq; defu-
it. Itaq; sapientissime, cum duæ ciuiles ar-
tes ac forenses plurimum & laudis habe-
rent & gratiæ, perfecit, ut altera prestaret
omnibus, ex altera tantum assumeret,
quantum

quantum esset & ad tuendum ius ciuile,
 & ad obtinendam senatoris dignitatem
 satis. Reipub. quoq; assidue se dedit. in
 qua. quod memoriae proditum sit, hæc
 fere egit. Quæsturam cum L. Murena pe-
 tijt, priorq; renūtiatus est. & sortitus pro-
 vinciam Hostiensem, nō tam gratiostam
 & illustrem, quam negotiosam & mole-
 stam, in ea ferè nomen eius cōsedit. Nul-
 lūm enim ei sors campum dedit, in quo
 excurrere uirtus & cognosci posset. Inde
 se ad iuris exercitationē cauendi, respon-
 dendī, scribendi contulit: plenum sollici-
 tudinis & stomachi ius ciuile didicit,
 multum uigilauit, laborauit, præsto mul-
 tis fuit, multorū stultitiam perpessus est,
 arrogantiam pertulit, difficultatem ex-
 orbuit, uixit ad aliorum arbitriū, non ad
 suum, multas indignitates deuorauit.
 Præturā inde longo interuallo cum eo-
 dem Murena petijt, ac prior designatus
 est. in quo casu nullos ludos edidit, cum
 collega magnificentissimos exhibuisset.
 Quæstionem peculatus sorte habuit, in
 qua Reip. gratia multos & ledere nō in-
 simos uitios, qui publicam pecuniā auer-
 terant

terant, & scribant damnaare necesse habuit. Functus praetura exire in provinciam noluit. Cum Cicerone in omni consuetudine, & reip. administratione uixit coniunctissime. Studiosum etiam sui habuit M. Catonem Uticensem. Ciceronis consulatu, ipse Seruius in insequenter anum petiit: sed declaratis Syllano ac Murena, repulsam ipse tulit, accusauitque ambitus Murenā Setuius per filium: quod flagratis comitiis tam constanter denunciarat, ut minitari interim non destiterit, se, quisquis collegarum ambitum exercuisse, accusaturū: legem etiam ferri de ambitu nouam flagitauit. Lata est gratiā, quā in cæterarum in reos poena, ita ut ne morbi quidem excusationem admitti uoluerit, quin ad comitia iretur. Confusionem etiam flagitorum flagitauit, prorogationem legis Manilię, aequalitatem gratiæ, dignitatis, suffragiorum, ædilitios iudices esse uoluit. Loca non dari in circo aut foro amicis aut tribibus: deniq; abiecta propemodum petitoris munere, accusatoris partes assumpsit. Quæ omnia tametsi irrideat Cicerō, eiq;

to, eiq; forte apud imperitā plebeculā of-
ficerint, negari tamen non potest iusti ac
gravis & incorrupti ciuis fuisse, & quin
ipse plus gloriæ ex repulsa, quam corrū-
ptores ex adepto cōsulatu, retulerit. Post
octo deinde annos, cū turbata rep. neq;
Coss. creatis, res sēpe ad interregnum re-
disset, ipse interrex ad extremū creatus,
autore Senatu, constituēdæ ciuitatis, tu-
multusq; sedādi causa, dedit operam, ut
Cn. Pompeius Magnus solus Cos. crea-
tur, ipsumq; ad v. Cal. Mart. mense in-
tercalario Consulem renunciauit. Ipse
sequenti anno, cum se in consulatu cōpe-
titorem M. Catoni professus esset, ingra-
ti nomen apud plerosq; non effugit. Ca-
toni tamen nimia severitate in ea petitio-
ne uso, neq; ambire populū de more su-
stinenti, iam in petēdo cautior, sine ulla
tamē, uel ipsius Catonis testimonio, cor-
ruptela, prēlatus est, collegūq; habuit M.
Marcellū. In eo magistratu hæc ferè me-
moratu digna ab eo gesta esse traduntur.
Ciceronem in Ciliciā prouinciā cum im-
perio profecturū, legionibus militum,
quibus ea cōtra Parthorum incusiones

defendebatur, supplementum in Italia
 cum scribere Senatus cocederet, Seruius
 Cos. non permisit. Et, eum primis tem-
 poribus collega eius adimere prouinci-
 as Gallias C. Iulio Ces. ante tempus uel-
 let, idq; ad Senatum retulisset, neue ab-
 sentis in petendo consulatu ratio habe-
 retur, Seruius bellum ciuile commoueri
 hac Marcelli acerbitate intelligens, resti-
 tit, Senatumq; accuratissime monuit, col-
 lectis omnibus bellis ciuilibus, ut & illa
 timerent, quæ ab alijs inflcta Reip. uul-
 nera intestinis seditionibus meminis-
 sent. Scirentq;, cum superiores nullo tali
 exemplo antea in Rep. cognito, tam cru-
 deles fuissent, quicq; postea Remp. op-
 pressisset armis, multo intolerabiliorem
 futurū : quod enim exemplo fieret, id eti-
 am iure fieri existimari, addi præterea af-
 ferriq; à nouis multa de suo. Neq; toto co-
 sulatu dēstitutus predicere, q; esset pestiferū
 futurum bellum. Vicit tamen uel digni-
 tas uel fatum Reip. factumq; est. S. C. pri-
 die Cal. Octo. ut proximo anno circiter
 Cal. Mart. de prouincijs ageretur. Re ins-
 de sæpius dilata, multis conditionibus
 utting;

utrinqꝫ propositis, neqꝫ conuenientibus,
 tandem ciuile bellum, carnis complutæ,
 neqꝫ putrefacte sed ab auibus direpte, pro
 digijsqꝫ alijs præmonstratum, erupit, ini
 cito anni V. C. septingentesimi tertij. In
 quo Seruius eam est moderationem se
 cutus, ut & quoad licuerit, à bello abesser
 neqꝫ tamen destiterit, & cōfiliare pacem,
 & Reip. dignitatem defendere. Nā cum
 pulso ex Italia Pompeio, Romam Cesar
 cum exercitu uenisset, senatu paucorum
 habito, in quo Seruius ualetudinis impe
 dimento retentus Romæ, interfuit, ita est
 locutus, ut diceret (tanta fuit hominis cō
 stantia) neqꝫ placere sibi Cesarē cū Rep.
 bellum gerere, neqꝫ in Hispanias, ut factu
 rum apparebat, ad Pompeij legatos exer
 citusqꝫ oppugnandos proficisci, tentan
 dam pacem, & Pompeium Senatumqꝫ,
 qui cum eo magna ex patte ab urbe fuge
 rat, in Italiam Romamqꝫ rēuocandos. ni
 hil deniqꝫ prætermisit, aut querelarū aut
 monitorum. Quæ cum frustra dixisset,
 Cesarē in Hispanias profecto, ipse cū Ci
 cerone, etiam tum in Italia circa sua præ
 dia commorante, locutus tandem est, ne
 c s Reip,

Reipublicæ deesset, in Africā profectus, ibi Iubam Regem, partes Reipubl. secutum, C. Curione Cæsar is legato fuso, susgato, cæso, Uticam deduxit. Sequenti anno. Cæsare post uitum pharsalico prælio Pompeium, porito rerum, Seruius finem sibi belli fecit, & in Græciam se conculit. In Italiam enim neq; audiebat, neq; (q; M. Antonio Cæsar Alexandria scripserrat, prohiberet omnes Senatores Italia, nisi quorum ipse causas cognouisset; ut scilicet uafer tyrannus eam indulgentiæ umbram suo sceleri nefario prætenderet) licebat. Ibi aduentu Cæsaris in Italiam diutius expectato, nunc se Athenis, nunc Sami alijsq; Græciæ locis cōtinuit. Scholisq; etiam Græcorum more habitis, Patricios Ro. inq; his M. Brutum frequēter auditorem adhibuit, cum de iure Pontificio, qua ex parte cū civili coniungeret, disputabat, solatia tati mali interim à studijs petens. Cum Cæsar tandem reuerisset, nō modo restitutus ab eo, sed Græciæ quoq; præfectus est. Quam prouinciam aliquandiu ille summa moderatio ne, summaq; iusticia, ac prudentia singuli ad-

Iari administravit. Ibi M. Marcello colle
ge suo per Magium Chilonem clientem
interfecto, funus nobilissimum, monu-
mentumq; Athenis in Academiæ gym-
nasio faciundum curauit. Reuersus in Ita-
liam, Cæsare tandem interfecto, autor Se-
natui decernēdi fuit, ne qua tabula post
Idus Mart. quo die cæsus ille fuerat, ulli-
us decreti Cæsaris aut beneficij figeretur.
Mox tamen tumultuante Antonio Cæsa-
rianisq;, desperata Rep. iacebat, & ad tē-
pus abfuit Roma. Octauio inde, qui po-
stea Augusti honorem, ab oppressa Rep.
extorsit, magis quām meruit, in Seruij
sententiam decretum à Senatu est, ut om-
nes magistratus ei ante tēpus annualium
legum petere liceret, quod is Antonio,
concitatis ueteranis ad urbem diripiendam
properanti, restitisset. Cumq; men-
ses aliquot summa autoritate, & optime
de Rep. sentiens Seruius uiguisse, bello
tandem per M. Antonium triumvirum
scelestissimum ciuem in Rempub. reno-
uato, cum ille Mutineq; D. Brutum obside-
ret, creatus à senatu Seruius legatus cū L.
Philippo, & L. Pisone consularibus ad
M. Anto-

M. Antonium si fieri posset a perditis cōsilijs ad sanitatem pacemq; reducēdum, legationis eius curam, quo ad potuit, ualetudinis excusatione uehemēter deprecatus est. Quod cum non impetrasset, itinere iam, sed nondum legationis mune re confessio, ingrauescente morbo, extinctus est, uxore ac filio superstribus, Hictio & Pansa Coss. Ei de more, quod in legatione mortem obijsser, Cicero pedestrem ex ære statuam faciendam & in rostris collocandā, funusq; & sepulchrum Romam relato amplissimū sumptu publico condendum grauissima oratione contendit. Positam statuam & ætate sua extitisse pro rostris Augusti, corpusq; eius publico funere elatum, Pomponius & D. Hieroymus apud Eusebium autores sunt. Cætetum quod adhuc benignitate fortunæ orationem Ciceronis in manibus habemus, eaq; singulari uiro grauissimum & uitutis & doctrinæ testimoniū præstat: nos plura de eo scribere supersedebimus. Conster modo hominem iusticia, fide, pudore, temperantia, grauitate, uitutibus deniq; omnibus excelluisse.

isse. Vxorē habuit Posthumia, quā adulterio à C. Cæsare corruptā, cōstās opinio est. Filium Seruium studijs (si Ciceroni credimus) deditissimum , moribusq; & virtute præstantem, cuius etiam operum autoritate Festus non raro utit. Eum scribit idem Cicero militasse cum Cæsare, & ad obsidendum Brundusij Pompeiu à patre missum , quod postremū per irascundiam scilicet dictum est . Reliquit & filiam, quam in matrimonium duxit Q. Tubero Iureconsultus , cuius uita paulo post suo loco ponetur . Scripta sua de iure Seruius pater multa iam tū uiuus edidit, quibus nulla fuisse similia Cicero tradit. Pleraq; eorum scripta ad Cercinnam insulam, eumq; ibi aliquandiu uixisse Ponius significare uidetur, ambiguis tamen neq; sat integris uerbis. Nam de Sicyone quod ait Zafius, non puto ad illa tempora aut peruenisse Aquiliū, aut Seruium didicisse ab eo ciuile ius, qui ipse iam tum grandis natu morti quādī discipinæ aptior erat. Sunt qui & uersiculos ab eo, & quidem interdum ludicos & lasciuinsculos factitatos scriptum reliquerint

tint. Festus eum in duodecim saepe citat. Pomponius centum prope octuaginta libros à Seruio relictos tradit. In his duos ad Brutum perquam brevissimos ad edictum inscriptos: quam partem iuris ille primus scripto attigit. Plinius addit commentationem ab eo factam, quam ob remensa linquenda non sit. Quod ad dit Zasius cōmentationē et librum ab eo compositum de Claris iureconsultis exemplo Ciceronis, cuius extat de Claris Oratoribus opusculum, utinam uere dicere, & ille labor extaret: melius dignitati huius ordinis quām nostra hac opera consultū esset: sed Zasius nimitem falitur, neq; Pomponius aliā quām præceptorū suorum habitā à Seruio in eius operibus mentionē ostendit. Cuius tamen extam multis monumentis nihil ad nos peruenit, pr̄ter epistolas duas ad Cicero n̄em scriptas. Sed eas ea prudentia, eaq; uerborū ac sententiarum elegātia & subtilitate, ut de toto homine iudiciū inde facere possimus. Illud ad extremum addemus, tantā ei curam omnis iuris percipiēdi fuisse, ut nō dubitauerit diligentissime per-

me per literas interrogare M. Varro nem
quid Fauisse uerbū in iure censorio signis-
ficaret. Ut discat nostrates hi iuris profes-
sores, nō tam pro nihilo cognitionē pro-
prietatis uerborū, & literarum politiorū
professionem ducere. Eas ostendit Pom-
peius Festus fuisse locū iuxta templa, in
quo fuerit inclusa aqua: aut in Capitolio
cellis cisternisq; similes, ubi reponi ea cō-
sueuerint quę facta essent in templo uetu-
state inutilia. Reliquit etiā Seruius ingen-
tem discipulorū numerum, qui post Tre-
batium ordine referentur.

C. TREBATUS TESTA.

C Trebatius Testa, eques Romanus
Iureconsultus, nullis, quod sciam.
maioribus illustris. Adolescens in amici-
tiā fidemq; M. Tulli Ciceronis Oratoris
V. C. se contulit, eoq; dum uixit, patrono
fortunarum suarum & honoris est usus:
Nam primum, cum se Cicero Pompeio
Magno annonaē per omne imperiū p̄r-
fecto legari passus esset, eum secū in pro-
vinciam ducere, domumq; cōmodis &
ornamētis omnibus honestissimū redu-
cere

cere in animo habuit. Deinde ubi id son-
gius fieri mutariq; fere sententiam suam
uideret, Cæsari Gallias tunc cum impe-
rio obtainenti, Trebatum cum literis mi-
sit, & saepe per literas diligentissime com-
mendando, effecit, ut in familiaritatem
Cæsaris intimam perueniret, utq; ei Cæ-
sar Tribuni militum stipendia dempto
etiam militiæ labore, deferret. Quam ab
urbe absentiam initio, quod in loca ina-
moena & barbara uenisse sibi videbatur,
uix ferebat Trebatius, miroq; turbis & ur-
banitatis desiderio tenebatur. Paulatim
tamen & Ciceronis adhortationibus, &
Cæsaris gratia retentus in castris, in patri-
am nō sine magnis emolumenis rediit.
Quo magis miror Zasiū credidisse, Tre-
batum insigni inter optimates dignita-
te secutum Pompeianas partes, interueni-
tu Ciceronis restitutionem à Cæsare im-
petrasse, ac tum demum quæ diximus,
commoda consecutum. Fuit igitur po-
stea Trebatius semper ex intimis familia-
ribus Cæsaris. Orto ciuili bello Cæsaria-
no, quod Rom. Remp. ad extremū fun-
ditus euertit, orare, obtestariq; Ciceronē
Trebatius

Trebatius literis non destitit , ut uel se
Cæsari coniungeret , spe certa succes-
sus , & commoda belli omnia cum Cæ-
sare communia habendi . tiel , si senectus
tis excusatione in detrectando bello uti
uelleret , in Græciam se longe à bellis ad so-
litudinem otiumq; conferret . In quo ani-
mo passus Cicero à Cæsare secum per
Trebatij potius , quā per eius literas agi ,
nihil aliud respondit , quam se nihil neq; 3~
dignitate sua , neq; Repu. indignum esse
facturum . Cæsare inde ex urbe ad His-
panias profecto , tentatoq; per Trebatiz
um Seruij Sulpitij cum Cicerone collo-
quio , tandem Cicero ad Pompeiū in ca-
stra ex Italia proiectus est . Occupata de-
inde per Cæsar's tyrannidem Rep. fretus
eius benevolentia Trebatius , adeunte
quondam Cæsarem cum pluribus hono-
rificentissimisq; decretis Senatu , seden-
tem eum pro æde Veneris genitricis ad-
monuit , ut P. C. assurgeret . quod ille ita
ægre tulit , ut subitato uultu Trebariū re-
spexerit . Quam tamen respecti senatus
contumeliā autores inter præcipuas Cæ-
sarianæ necis causas cōmemorant . Fuit

§ Trebatius

CCLXXIII C. TREBATUS

Trebatus in iure ciuili singulari memo-
tia, summa scientia. Preceptorem habu-
it P. Cornelium quendam maximum,
non satis celebrem suo nomine iurisperi-
tum, quo sit, ut nihil sit, quod de vita eius
praeterea tradi possit. Natura fuit Treba-
tius familiaris & iocofus, ut ex epistolis
ad eum Ciceronis, quibus nihil fieri pos-
sit festiuus, ostenditur. Familiares mul-
tos habuit, sed ut diximus, Ciceronem
in primis: à quo etiam impetravit, ut Ari-
otelis Topica, quæ extant, in latinum
uerteret, sibiq; dicaret, exemplis etiam ex
iure ciuili adiectis. Ei si quid Ciceroni in-
terorandum aut etiam amicorum gra-
tia incidisset, in quo esset iure ciuili opus
sumministrare, cumq; eo interdū etiam
disceptare confueuerat. Aedes Romæ ha-
buit in lupercali, fundos villamq; Veliæ
in Lucania, domumq; etiam Papirianā,
oppidū ipsum, & Vlubras multaq; præ-
terea in patrocinio. In honore fuisse eti-
am Octauij Augusti temporibus, signifi-
cat Horatius Flaccus poeta, cum ad eum
satyram scribens, patrem optimū appela-
lat, & doctum. Deniq; Augustus dicitur,
cum

tum deliberaret, an usum codicillorum ante ea tempora insolitum sanciret, conuocasse sapientes viros, inter quos Trebatum quoque, cuius tunc autoritas maxima erat, & quæsisse, an posset recipi hoc, nec absonus à iuris ratione codicillorum usus esset, & Trebatum suassisse Augusto, quod diceret, utilissimum & necessarium hoc ciuibus esse, propter magnas & longas peregrinationes, quæ apud veteres erant. ubi si quis testamentum facere non posset, tamen codicillos posset. Sunt qui locum ei etiam inter poetas fuisse scribat, quod & Horatius innuit. Libros certe multos de iure ciuili cōposuit, & de religionibus nouem. Sed eius opera non nimis lexitari solita sribit Pomponius. Fuit autem peritior iuris quā eloquentior. Auditorem habuit Antistitium Labeonem, eumque ius docuit.

A. O F F I L I V S.

Servientis iam hinc ciuitatis hominū, Sac proinde minus in gerenda Rep. il lustrium, uitias peragam, quorum ostendi maiores nequeant, aut certe quā paucissim

CCLXXVI A. O F F I L I V S

cissimi. Quot enim familias, quantū florem nobilitatis cum bellis ciuilibus, cum dominatu ac tyrannide illa triam uitiorū esse extinctum putamus? Sed ab intempestiuis ac nimium seris querelis ad historiam reuertamur. A. igitur Offilius eques Ro. Seruij Sulpitij auditor, ab eo ius ciuale didicit. uixit Octauij Cæsaris imperio, ita ut iam uivo Seruio (quod coniectari ex Cicerone licet) de iure responderit. Floruit omnino his temporibus, quibus & Trebatius. Eo autem & Casselio, æquali item suo, habitus est doctior. Apparet ab eo etiam pecuniaria adiutum Ciceronem, aut omnino aliquid intercessisse inter eos commerti. Perseuerauit omnino in equestri ordine, quamuis esset Cæsari familiarissimus. Libros de iure ciuali plurimos, & qui omnem partem operis fundarēt, reliquit. Nam de legibus uicesimæ primus conscripsit, de iurisdictione. Idem Edictum prætoris primus diligenter composuit. instruxit etiam iuris ciuilis sciētia Q. Tuberonem.

A. CAS.

A. C A S S E L I V S.

Aest, Ceselius, & ipse eques Ro. Q. Mutij Volusij opera ius ciuile didicit, æqualis Trebatio atq; Offilio. Sed cum utroq; esset minus & doctus & peritus, eloquétia ambos anteibat. Itaq; eum ut uenustum etiam laudat Quintilianus. Consulenti enim mercatori, ac dicenti, nauem cū socio dividere uolo, perdes, (inquit) ex ambiguitate iocatus, quòd diuisæ nauis perdatur usus. Urbanitatis emiræ libertatisq; est habitus. præcipue tamen is iocus eius innotuit. Lapidatus à populo Vatinius, cum gladiatorium munus ederet, impetrarat, ut ædiles edicerent, ne quis in arenam aliud quam pomum mitteret. Forte ijs diebus à quodam consultus Casellius, an nux pinea pomū esset, respondit, si in Vatinium missurus esset, pomum esse. quod Zasius immēmoriter ad L. Ciciliū refert, rem omnem peruerterēs. neq; enim is fuit iocus Cecilij, sed ille, quòd cum C. Cæsar alijs qui secū pila lusitabant, centena sestertia, illi uni quinquaginta dari iussisset, quid c; ego
s; (inquit)

Error Zasij.

CCLXXVIII A. CASSELIUS

(inquit) una manu ludo, non dquibus, ut tantundem accipiam : Optimum tamē iurisconsultum quoq; significare uideatur Horatius Flaccus , cum ait . Nescit, quantum Casselius Aulus.

Sed tamen in precio est . mediocreibus esse poetis

Non dij, non homines , non concessere columnæ.

Fuit autem questorius , nec ultra progedi uoluit, cum Octavius Cæsar illi etiam consulatum offerret. credo q; eum Reip. statum, accipiendis à tyranno magistris probare nolle: vir in libera ciuitate, & natus, & ad qitilem usq; ætatem innutritus. Dedit enim singulare præclaris simæ libertatis exemplū, cum nullius aut gratia aut autoritate cōpelli potuit, ut de aliqua eātū rerum , quas Triūviri Réip. euertendę (non, ut ipſi se appellabat) constituendę, Lepidus, Antonius, Octavius, dederat, cōponeret formulam. Hoc anīmi indicio uictoriæ eorū beneficia extra omnem ordinem legum ponēs. Et cum multa de temporibus Cæsaris liberius loquere, amiciq; , ne id faceret, monerent, duas

duas res, quæ hominibus amarissimæ uiderentur, magnâ sibi licentia præbere respondit, senectutē & orbiratem. Huius etiam opera usum se Cicero sub extrema uitæ tēpora significare uidetur. Sane Q. Mutium Volusium, quem nō tam inter iuris consultos quam ut Magistrū Casselij nominat Pomponius, satis non scio, an in hunc censum referā, satisq; integrā sit codicis fides. sed tamen ostendimus apud Pomponium etiam Casselij. Magistrum, tametsi à Plinio Volcatius dicitur, corrupto forte codice, Volusium esse debere de quo illud scribit Plinius. Astur cone è suburbano redeuntem, cum adue *Plinij locutus* suspectus. sperauisset inuasum à latronibus, à cane esse defensum. Illud certe constat, à moriente Casselio Q. Mutium nepotem præceptoris sui Mutij in honorem eius, testamento heredem esse relictum. Nihil aliud è scriptis Casselij extitisse suo tempore Pomponius scribit, quam unum librū Benedictorum. Alius fuit paulo antiquior Casselius ille prædiator, quem tamen Cotta per errorem cum iurisperito commiscet, & Furium prædiatorem Error Cottæ.

CCLXXX Q. AE L I V S

Iuris prudētibus annumerat. Alius item Ceselius ille uindex, cuius frequēter Celsius commentarios citat rerum antiquarum. Fuit enim ille, quantum apparet, grammaticus.

Q. AE L I V S T U B E R O.

QAelius Tubero, illustri familia, L. Tuberone patre, ingenioso acdo eto homine genitus, patritio Ro. qui quondam legatus Q. Ciceronis proprætore Asiam obtinen̄s, fuerat, q̄ esset Ciceronibus propinqua cognatio neconiunctus: primum orator fuit. itaq; adoleſcens, cum bello ciuili Cæſatiano pater eius à rep. staret, & S.C. ad obtinen̄dam pro patribus Africam missus esset, (quod quidem munus ille æger penè inquietus susceperebat) cum eo filius in prouinciam contendit. Sed nauibus Uticam pertens, cum prohibitus esset pater à Q. Ligatio, qui prius eam prouinciā obtinebat, eaq; inde ab Aetio Varo occupata, oræ maritimæ præerat, ac neq; applicare littori, neq; haurire aquā egrū liuisset, aut filiū ualeudine affectū exponere in terrā sublatiſ

sublatis anchoris, recedere inde est com-
pulsus, & in Macedoniam in Cn. Pom-
peij castra, à quo missus in Africam fue-
rat, reuersus cum filio est. Ibi uterq; bello
aceruisse, prælio etiam Pharsalico inter-
fuit. Apud uictorem deinde Cæsarem, fi-
nito bello, Tubero filius Ligarium accu-
sauit, quod patrem suum cum imperio
proficiscientem in Africam, repulisset, nō
tam causa apud illum præsertim iudicem
quām offensa in illum Cæsaris fatus. Nā
& Ligarius cum Rep. contra Cæsarē sen-
serat, eoq; nomine patria etiam tum care-
bat. Dixit autem Tubero tanta uehemen-
tia, ut Cæsar, certo iam consilio damna-
di Ligarij, defensorem eius delectationis
potius gratia, quam cognoscendę causę
auditutum se dixerit. Ad extremū tamen
Ligariorum fratum bene de Cæsare me-
ritorum ac Ciceronis præces, & facundia
plus apud Cæsarem quām crimen Q. Li-
garij, aut oratio Tuberonis ualuere, itaq;
absolutus est Ligarius. Q. Tubero inde à
causis dicendis ad ius ciuile transiit, et A.
Offilio operam dedit, doctissimusq; ha-
bitus est iuris publici ac priuati, & com-
plutes

plures utriusq; operis libros reliquit: sermone etiam antiquo affectauit scribere, & ideo parū grati ad posteros libri eius fuere. Is (opinor) est, qui Octauij dominatus consulatum cum Paulo Fabio Maximo gessit, anno ab V.C. septingentesimo quadragesimo tertio, qui fuit (ut qui dām computant) annus nonus ante exortum Christi Dei. Quo in magistratu quid gesserit, ab autoribus nō tradiſ. Serua quippe iā ciuitate, imago consulatus, nōn potestas permāferat. Inuenio tamē de curatoribus aquarū facta esse in sententiā eius collegēq; Senatuscōulta pluri ma, quæ quia apud Iulium Frontinum extant, non apponam. Seruij Sulpitij filiam in matrimoniu duxit, exq; ea filiam suscepit. Habuit & superior & insecura proxime ætas alios quosdam Tuberonū nomine, quorum, quia ab hoc diuersi sunt, res prætermittimus.

P. ALPHENVS VARVS

P Alphenus Varus, auditor & ipse Seruij Sulpitij, plurimū inter equales autoritatis habuit. Eum Vaſrum appellat

pellat Horatius, cognomine ne gentili
 pro Varto, ut Horatianis interpretibus
 placuit, an totius iuris adiectione, quod
 ipsum idē alibi uastrū nominat, incertū.
 Is quocūq; cognomine, Cremonē natus,
 in eo municipio diu sutrinā exercuit, tam
 dem, ut Poeta iocoſe testatur, abieſto in
 strumēto artis clausaq; taberna, Romā se
 contulit, & Seruio operam dedit, eoq; iu
 ris ciuilis cognitione atq; exercitatione
 peruenit, ut uel consulatum adipiscere
 tur. Fuit enim (ut quibusdā placet) cū P.
 Vinitio Cos. Octauij Cesaris dominatu,
 triennio post natū in terris Christum. Re
 rum antiquarum non incuriosus habi
 tus, reliquit Digestorum libros: quorum
 uel quartum, & trigesimum citat Gelli
 us, idemq; collectaneorum secundum.
 Quo magis miror, fuisse, qui scriberet ex
 Lampridio, Alphenum Alexandro prin
 cipe iuri operam dedisse, nisi uero alter
 ille sit eodem nomine, & studio celeber:
 Satis constat Alphenum publico funere
 esse elatum. Fuit & alius eo nomine Be
 briacensi tumultu praeſectus caſtorum,
 & alius, de quo multa Cicero in oratio
 ne pra

CCLXXXIII P. ALPH. VARVS
ne pro Quintio, sed nihil ad hunc.

C A I V S

flame en Cai. Inter Seruij auditores Pomponius nu-
Cassia longi: Imperat & Caiū, cuius non modo nullū
nō credit. extat nomen, sed ne qui fuerit quidē satis
rati. in l. ab scitur. Certe perabsurdum est, quod quis
monachi in p. dam fecerunt, credere hūc illum esse Fla-
di iur. uran uium scribam, qui cornicum oculos con-
fixerit, arcanis actionum & iuris inuulgā
dis. Ille enim et longe antiquior, quippe
Ap. Cæci scriba, & Cn. prænomine fuit.
Nęg minus inepte C. Drusum accipias,
à Cicerone in iuris cōsultis Positū. Nam
& ille Seruio antiquior, & à nobis dudū
suo loco relatus, Aetate mea uenere in
lucem Caij institutionum libri duo, un-
de Iustinianus multa in suas transtulerat
sed is ne fuerit Seruij auditor, incertum.
Illud satis mirari nequeo, eum, quicunq
tandem fuerit, adeo aut ignobilem ge-
nere ac maiotibus, aut præstanti gloria
exitisse, ut solo prænomine innotuerit.
Et si fere suspicor nomen eius in præfatio
ne Iustiniani scriptum, uitio exemplariū
in nostri dictionem deprauatum. Quid
enim

enim suū appeler Iustinianus præcipue
hunc Caium tot ante seculis demortuū:
Sunt qui Caium floruisse per imperium
Caracallæ tradant. Quod si recipimus,
duos fuisse iurisperitos Caios tēporum
interualla fateri coegerint. Quæ Riuall
lius parū animaduerrit, quū huius poste
rioris septimum librum de origine uoca
bulorum ab A. Gellio citari prodidit. Ne
que enim ad illa usq; tempora pertuerit
Gellius, & iurisconsultum Caium non
tam uocat, quām innuit. Cæterum siue
unū modo, seu duos numeremus, quod
neuter satis est notus, & illa scripta quis
bus conferti sunt legum libri, utrius fuere
tint, in ambiguo est, ea hoc loco à nobis
referentur, ut sunt apud Politianum, cui
hanc quoq; Incubrationem nostri homi
nes debent. Sunt autem hec. Ad edictum
provinciale libri xxxij. ad leges xv. ad e
dictum publicum xv. qui solitum reperti
fuerunt, aureorū septem. dodecadelti. i.
xij. tabularum, sex. Institutionum tres,
quos tamen Boetius duos tantum fuisse
significat, quum posteriorem commens
carium Caī institutionum citat de ma
numissio-

missionibus tres, fidei commissorum
 duo, decasibus unus, regularum unus,
 dotaliorum unus, hypothecarię unus.
 Nominat Iustinianus eius Commentari
 os etiam terum quotidianatum. præ-
 trea quod diximus, Gellius de origine uo
 cabulorum opus, cuius ex septimo libro
 testimoniū citat, si modo ille est Iurisper
 titus. Illud ad extremum testabor, præ-
 nomen hoc Caī apud Pomponium ui-
 deti supposititum, nisi uero gemino pre
 nomine Offilium C. A. uocemus, quem
 morem duplicandi prænominis an uer
 teres usurparent, nondum satis obserua
 vi. Est tamen apud Liuum (nisi codices
 fallunt) non semel Q.P. Philo. Mouet
 quod Seruī auditores Pomponius decē
 numerat, plures exponit. Quod cū & Za
 sius uidetur, exuberantia tamen nomina
 neq; expunxit, neq; ad decē homines cō
 traxit: id quod ita fiet, si abolito, aut ad
 Offiliū proximum ue Titiū (C. enim Ti
 tium in Cicerone & Macrobio legimus)
 translato C. prénomine, C. deinde Atteiū
 Pacuiū pro uno eodemq; accepimus.
 Due nanq; hominū appellations decu
 riā

riam illā auditorū Seruīj perperā in Pomponio augēt. Ita unus ille relinquetur posterior Caius, solo prénomine, et modo enumeratis operibus illustris, hoc ipsō solo, ad expurgandū Pomponij codicem paulo ante tempus à nobis expositus.

T I T I V S C A E S I V S

Eiudem Seruīj auditor à Pomponio in numerum iurisprudentum referatur Titius, incerto ex uarietate codicū cognomine. Varie enim Celsius Cellusq; dicitur. De quo quidquā tradi uix licet. Titij duo C. et Sex. fere equales apud Ciceronē in oratoribus habent, sed paulo etiā quām Sennius ētate superiores, ut nihil nisi aliqua forsitan necessitudine ad hunc pertineant. Quorū C. eques Rom. iudicio Ciceronis eo eloquentiæ peruenit, quo potuit fere Latinus Orator, sine Grēcis literis & sine multo usu, peruenire. Eius orationes tantum argutiarū, tantum exemplorum, tantū urbanitatis habebant, ut pene Attico stilo scriptæ esse uiderentur. Easdē argutias in tragœdias, satis quidem ille acute, sed parū tragicē transita

CCLXXXVIII T I T I V S

translulerat, quem studuit imitari L. Afranius poeta. Sex. uero Titius orator fuit loquax sane & satis acutus, sed tam solutus & mollis in gestu, ut saltatio quedam na sceretur, cui saltationi Titius nomine esset. Adeo cauendum est, nequid in agendo dicendo ne facias, cuius imitatio rideat. Scribit idem Cicero ad P. Celsium literas sane quasi ad iurisconsultū et patronum, seque natu minorem. Rogat enim hominem & pro sua & pto paterna amicitia, ut P. Messenium familiarem suum infidem recipiat, eiusque rem famamque tueatur. Commendat etiam Titio L. F. Rufo prætori urbano, cum esset in Cilicia processos. L. Custidium tribulem, municipem & familiarem suum, & Titio T. F. legato annonæ C. Auianum Flaccum (nequid præteream) extat eius epistola, qua Titiū nullo prænominie quasi uitum doctum consolatur super morte liberorum, oppressa iam Rep. Illud longe à Iureconsul to alienius duco, quod ex eisdem epistolis Zasius de T. Fabio aut Fadio anotat. Titium etiam Festus citat, & Seruius, & Macrobius super ferijs, Horatius Titium lyricum

A VFIDII DVO. CCLXXXIX

lyricum & tragicū poetam nominat so-
dalem suum, & Claudiū Tiberij, qui po-
stea imperauit, comité: eum Porphyrio
doctissimum fuisse, & scripsisse lyrīca ad
Pindari imitationem testatur.

A V F I D I I D V O.

Ex eodem Seruīj auditorio prodierē
Aufidius Tuca, quē alīj Suram nūn-
cupant, Aufidius Namusa, Mamusaūe,
magno annorum numero utriq ab illo
Cn. Aufidio cæco, quē supra retulimus,
disiuncti, & à tribus alijs Aufidijs, quos
Zafius diligenter collegit, quibus, ut rō-
tum prope gentis nomen peragatur, ad-
iungi potest ille T. Aufidius, qui uixit ad
summā senectutem, & bonus uit & in-
nocens, qui orator fuit per Syllæ dictato-
ris tempora, sed dicebat parum, iuris au-
tem intelligentia callidus. T. Iuuentio &
P. Orbio, quos diximus, uolebat esse si-
milis. Idem ne fuerit T. Aufidius, ambi-
go qui cum asiatici publicani exigua ade-
modum particulam habuisset, postea to-
tam Asiam pro consulari imperio obti-
nuit. Nec indignati sunt socij, eius parere
t fascibus

CCXC C. ATTEIVS PACV.

fascibus quem aliena tribunalia adulans tem uiderat. Gessit se etiam integerrime ac splendidissime, miroq; id modo demonstrauit, pristinum quæstum suæ fortunæ, presens vero dignitatis incremensem, moribus suis assignari debere. Legimus & Aufidium Bassum, & Gn. Aufidium Orestem solum in familia cos. anno V. C. Dclxxxij. utriusq; Aufidijs in legum libris non raro laudatur autoritas. Nam uisa etiam dicitur uolumina & scripta octo æqualium & condiscipulorum suorum collecta, in ceterum quadraginta libros distribuisse.

C. ATTEIVS PACVVIVS.

S quoq; à Seruio instructus est, quem ut pro uno accipiam, facit illa numeri ratio, in Caio inita. De quo pauca dicenda sunt, quia nulla uel aliena uel ipsius de eo monumental loquuntur, ne maioribus quidem eius, quod sciam, claris. Nullū enim legitimus Atteium curuli honore functum ante Capitones, quos paucio post suo loco referam.

FLAVI

FLAVIVS PRISCVS CCXCI

FLAVIVS PRISCVS.

ASeruio fuit Flauius quoq; Priscus^a
Anihilo quam Atteius notior, aut
suo aut maiorum splendore. Aliamq; eti
am opinor fuisse gentem Flauiam Reate
oriundam, tribus augustis. Vespasiano,
Tito, Domitiano postea illustrem. Fue
rat quidem lōge antea Gn. ille Flauius,
Libertini generis, scriba. Ap. cæci : ad
quem stemma atq; originem Flauij Pri
isci referre, putidū existimo. Sed quis an
tiquitatem omnium aut stirpem teneat
cum noui quotidie homines ac repentis
ni ad summam euadant gloriam. nec uie
tus aliam, quā animi, quem incolit, no
bilitatem desyderet. Macrobius, ubi de
intercalandi ratione agit, Flauium nomi
nat, & alium M. Flauium scribam, qui,
C. Cæsare tyranno corridente annū, scri
ptos dies singulos ita ad eum retulerit,
ut ordo eorum inueniri facillime posset,
& inuento certus status perseueraret.

C I N N A.

AVdiuit & Cinna Seruum Sulpitiū.
Ita enim legi apud Pomponium
t a mibi

mihi iam pridem placuit, potiusq; aut **Cecinna** (qui studio augurali & disciplina Hetrusca, non civili claruit) aut porcina, ut reponit **Zafius**. M. enim ille **Aemilius Lepidus**, qui est porcina dictus, à **Pri**
sciano laudatus, apud Ciceronem inter
 oratores, sine ulla intelligētiæ iuris men-
 tione numeratur: quam tamen solet ac-
 curate in illis suis oratoribus ponderare.
Adde quod & Seruiū multis annis præ-
 cessit. Deniq; codex noticus, cuius autori-
 tate crebro utitur **Zafius**, **Cinnā** habet,
 idemq; non raro in libris legum accitur.
Familiā gentis **Corneliae** fuisse supra de-
 monstrauimus. primum, qui **Cinna** sit
 dictus: inuenio illum quatercos. **Maria-**
narum partium, partiæ ac libertatis penè
 oppressorem. Et quod ad iurisperitū ma-
 gis forte pertineat, per eius tempora **Cin-**
niam poetā autorē **Smyrnæ**, quē celebrat
Catullus, & **Virgilius**. Lucretium quoq;
Cinnā cos. anno V. C. Dccxxxv. Octauij
 dominatu, & C. **Cinnā** magnū septen-
 nio post natum in terris Christū. De ipso
 iurisperito, an ex his unus fuerit, aut non
 certi quidquam tradere non habeo.

P. CECL

P. CECILIVS CCXCLII

P. C E C I L I V S.

Dicit operam Seruio & P. Cecilius: cuius per frequēs in digestorū libris citatur autoritas. Cecilia gens antiquissima primū trib. cos. habuit T. Cecilium cognomento Siculum, anno V. C. ccx. in quo tamen arbitror uitiatos Liuīj co-
dices, & pro Cloelio Cecilium inditum.

Eundem enim Dionysius Clæliū uocat: & aliquāto ante idem cognomen Quin-
to tribuit, qui apud utrosq; Clælius dici-
tur. Sed & Clēlium alium Livius ipse Si-
colum uocat. Itaq; rectius Ceciliū generis
primus nominabitur L. Cecilius Metel-
lus cos. anno V. C. ccclxix. Multi de in-
de Ceciliū Metelli uarijs agnominibus co-
lebres extitere, quos sigillatim enumera-
re longum est, cum præsertim nesciā, an
quidquam ad hunc nostrum pertineāt.
Nam ne ipse quidem satis constat, quis
aut unde fuerit, tantam iacturam libro-
rum fecimus, præter uetus statem, rerum
omniū quantuis illustrium, obrutricem.
Sane huius ille fuisse iocus creditur, quē
Macrobius L. tamen non P. Cecilio tri-
buit,

*Castigatus Li-
uij locus.*

CCXCIII S V L P I T I V S

huit, tralatitio scilicet illo & frequeti præ
nominum errore. Nam cum C. Cæsarç
teris collusoribus suis pile, centena sester
tia dari iussisset, soli Cecilio quinquagin
ta. Quid ego, inquit, una manu ludo, ut
nequeam tantundem capere? Fuit & ali
us sex. Cecilius per Traiani & Hadriani
principatus, in disciplina iuris ac legibus
po. Ro. noscendis interpretandisq; scien
tia, usu, atq; autoritate illustri. Extat eius
& Phauorini Philosophi perelegans
apud Gellium disputatio de legibus xij.
tabularum. Purgat enim Cecilius illa ui
gia, quæ fuerat à Phauorino illis legibus
imputata, Leuitatem, duritiam, obscuris
tatem, remissionem. Eundem cum hoc
putat suisse Riuallius illum Cecilium,
quem Gallum cognominat Macrobius,
& uirum doctissimum appellat: qui scri
psierit de significatione uerborum ad ius
ciuile pertinetium, libros aliquot: in quo
ego subdubito.

S V L P I T I V S GALBA.

HOrum temporum æqualis Sulpiti
us Galba, poterat, ut à Pomponio,
præteriri

præteriti: nisi eum inter iure cōsultos posserent, qui de personis Horatianis scripsierunt idq; & nos supra promiseramus, sed dignitas hominis mutare sentētiam coegerit. Huic abauus fuit Sergius Galba consularis, temporum suorum eloquentissimus: quem tradunt Hispaniæ prætorem, xxx. Lusitanorū millibus per fidia trucidatis, Viriatini belli causam extitisse. Avus ob consulatus repulsam insensus Iulio Cæsari, cuius legatus in Gallia fuerat, conspiravit in cedem eius cum Bruto & Cassio. Propter quod pedia legge damnatus est. Patrem habuit clariorē studio quam dignitate. Nō enim egreditus præturæ gradum. Multiplicem, nec incuriosam historiam edidit. Ipse ad cōsulatum peruenit, quem tamen in brevissimis non reperio. neq; enim is fuit P. Sulpicius Quirinus, cum M. Valerio Messala. ij. cos. quem nihil ad ueterem & patriciam Sulpitiorum familiam pertinuisse, affirmat Cornelius Tacitus, sed ortum municipio laniuino. Vnus relinquitur Q. Sulpicius camerinus, quinquénio ante mortem Octauij principis, collega

C. Poppei Sabini: & si Porphirio Seruia
um Galbam uocat. Nam **C.** Sulpitiū, qui
cum Hario cos. fuit decennio ante eum
Galbam, qui postea principatū tenuit, fa-
cilius crediderim iurisconsulti filium. Id
enim & Tacitus & Suetonius significat.
Quanti tamen id refert: Eorum tempora-
rum uix habemus historias, annales cer-
te nulos, nec nisi ministrorum principis
res gestas. Satis tum erat Coss. notare an-
num, imperatore pro libitu remp. admis-
trante. Itaq; res hominis priuatas per-
sequar. Corpore fuit per breui, atq; etiam
gibbo, & ad omnium cauilllos exposito.
Octauius ageti apud se causam, atq; iden-
tide repetenti, corri ge in me, si quid re-
prehendis: ego te, inquit, monere pos-
sum, corriger non possum. In eundē M.
Lollij uox circuferebatur, ingeniu Galbe
male habitat. Ne grāmatici quidē dicaci-
tate euasit uir inter ciuitatis principes. Si
quidem cum Orbilius iudicio frequenti
testimoniu diceret, interrogatus à Gal-
ba, diuersę partis aduocato, cui uel inco-
gnitus erat, uel dissimulabat ad rubore
injiciendū, quidnā ageret, & q̄ artificio,
uteretur

uteretur, respondit, à se gibbos in sole frisi-
cari, atq; inde in umbram transferri sole-
re. Quod tamē in libris Suetonij minus
accurate scriptis ad Varronem & Mure-
nam inconstanter pro Galba relatum le-
gimus. Nam Macrobius plane de Galba
tradit, quem alibi idē ipse & Suetonius
gibbosum produnt. Modicę in dicendo
facultatis, ut diximus, causas tamen indu-
strie actitauit. Vxores habuit Mumia A-
chiam, neptem Catuli, proneptemq; L.
Mummij, qui Corinthū excidit. Ex qua
liberos, C. & Sergium procreauit. Quos
rum maior C. attritis facultatibus, urbe
cessit, prohibitusq; à Tiberio principe for-
tiri anno suo proconsulū, uoluntaria
morte obiit. Sergius ad imperium usque
peruenit, sed nō diuturnius septimestri.
In secūdis nuptijs habuit Liuiam Ocellis-
nam, ditem admodum & pulchram, à
qua tamen nobilitatis causa appetitus ul-
tro existimabatur, & aliquanto enixius,
postquam subinde instanti, uitium cor-
poris secreto, posita ueste detexit, ne qua-
si ignaram fallere uideretur. Laborasse
hominē adulteriorū infamia, significat
t s Horatius

CCCXCVIII SVLPITIVS GALBA

Horatius Flaccus illis ueribus. Quine-
tiam illud accidit, ut quidam testes cau-
damq; salacem demeteret ferro, iure om-
nes Galba negabat, quasi & ipse secta-
tor matronarum. Habuit & uillam sup-
positam colli prope Tarracinā, sinistror-
sum Fundos potentibus, in qua natus est
filius postea imperator, qui & ipse, ut su-
pra quoq; memorauimus, inter liberales
disciplinas attendit & iuri.

ANTISTIVS LABEO PATER ET F.

Vetus Antistiorum familia, Gabijs
(nisi me coniectura fallit) oriunda,
ibi plurimum polluit. Habuit enim Pe-
tronem Antistium virū pace belloq; cla-
rissimum, quem Sex Tarquinius regis su-
perbi filius, quasi insidianem sibi, dolo-
susculit, in illo simulato exilio & pater-
nis simultatibus, cum decutiendis pa-
pauerum capitibus summis, cædem prin-
cipum Gabinæ ciuitatis nuntio filij tac-
cus indicasset. Ea calamitate multis Ga-
binorum in exilium pulsis, multis spon-
te profectis, capta deinde & pace inita,
Labete paulatim Gabina re, uerisimile est
Antistios

Antistios migrasse Romā . Ibi inter plebeos retenti, primū curulem magistratū in L. Antistio tribuno consulari tenuere, ante impartitū plebi consulatū, anno V. C. ccclxxvi. In libera ciuitate nullū repetitio Cos. dominatu Octauij C. Antistiū ueterē, biennio ipso ante natū in hominibus Christū, aliquot deinde Antistios ueteres · Labeonis cognomine primus existatis, qui prætor Siciliā sorte habuit, bello Philippi Macedonico . Ex hac prospera ortus Q. uel (uariant enim in prænomine, ut solent, exemplaria autorum) M. Antistius Labeo . patrem habuit Antistium Labeonem virum sapientia illustrem , qui inter occisores Iulij Cæsaris tyranni fuit, perstigitq; constantissime in partibus, donec pharsalica acie, M. Bruto cuius erat legatus, ab Antonio & Octavio iniustitate fortunę superato, ubi eum mortuum, se ab eo cum suspirio commemoratum, hostes uictores cognouit, locum in tabernaculo ad corporis sui modum effodit, ac mādata, quæ ad coniugē & liberos ferrent, setuis ex ordine tradidit, epistolāsq; etiā ad familiares dedit.

Vnum

CCC ANTISTIVS LABEO

Vnum deinde ex servis fidissimum de-
xtra apprehesum, & ad seuersum (quod
moris fuit in danda libertate Romanis)
tradito gladio, oblatoque ultro iugulo, ut
se necaret, iussit. Sic illi tentorium pro se-
pulchro fuit, atque ita manus hostium de-
uictauit. Hunc quoque prope est, ut putem,
a Pôponio inter iuris professores & Ser-
uij discipulos numerari, cum præsertim ui-
deam ab Appiano huic sapientiae laudem
attribui, tametsi celebrior em iutis sciens-
tia filium facere uideatur. Eo parente ges-
nitus Labeo, gloriâ patris adauxit. Nam
& philosophiae operam dedit, & ius ci-
uile à plerisque suæ ætate natu grandioris-
bus, sed à Trebatio præsertim didicit. Plu-
rimam studijs operam dedit, & totū an-
num ita diuiserat, ut Romæ sex mésibus
cum studiosis esset, & secederet sex mens-
ibus, & conscribendis libris operam das-
ret. Itaque reliquit quadraginta uolumina
uel (ut alibi castigatius) quadrinigma. Ex
quibus plurima in manibus posterorum
ad multos annos uersata sunt, & frequē-
ter accita. Is primus ueluti sectam quan-
dam iuris cum Atteio Capitone exercuit
Nam

Nam illo in veteribus præceptis permanente, Labeo doctrina atq; ingenio fructus, innouare institit. Quo minus fidei in nonnullis habeas scribenti Atteio apud Gellium, hominem hunc libertate quasdam nimia ac uerba recordia esse uexatū, usq; eo, ut Octauio iam principe ac Remp. opprimente, nihil tamen faceret, quod non iustum sanctumq; esse, in Rom. antiquitatibus legisset. Quid enim hic reprehendere iure possit Atteius? Sane constat Labeonem seu iniuria paternæ cedisse, seu ingenua libertate commotum, quasi in libera ciuitate uixisse. Nam & ea Senatus lectione, qua vir virū legebat (Sic enim emendandi codices tranquilli) P. & Cn. Lentulis Cols. legit M. Lepidū hostem olim Octauij, & tunc exulantem, interrogatusq; ab eo, an essent alij digniores, suum cuiq; iudicium esse, respondit. Autores sunt Octauium ea de re suppliciū homini interminatum, puerum eum appellasse, cumq; ille dixisset, quid enim commisi, si hominem, quem tu Pontificē esse permittis, in Senatū asciui: placatiorem sese Labeoni exhibuisse, concipiuerat enim

CCCHI ANTISTIVS LABEO

enim sacerdotium Octavius Cæsar, neq; tamen eripere uiuo Lepido, iam reliqua omni dignitate ac patria spoliato, unicq; sustinuerat. Verbis aliquando in senatu habitis, ut senatoribus ea dignitas in successione seruaretur, Labeo, cū neq; assentiri uellet, neq; aduersari a perte posset, rogatus sententiā, sterto (inquit) neq; tamē mihi me dormitum cōferte ante eum licet. Ea contumacia effectum est, ut Octauio parum probaretur. Iccirco in iniuriā eius consulatū Capitoni accelerauit, ut Labeo onem eisdē ciuilibus studijs pr̄cellente, dignatione eius magistratus Capito anteret. Nam illa etas duo pacis decora simul tulit, sed Labeo incorrupta libertate & ob id fama celebratior, Capitonis hominis longe minus sui capititis obsequiū dominatibus magis probabatur. Igitur Labeo intra præturam stetit, atq; ex ea iniuria cōmendationē assecutus est. Tamē et si non desunt qui scribant, oblatū ei ab Octauio consulatū, ut suffectus fieret, & honorē susciperet, à Labeone recusatū. Exemplum libertatis eius illud quoq; fuit, quod Attēius uocordiam interpretabatur

batur. Cum à muliere quadam Tribunis plebis, aduersus eum aditi, Gellianum viatorem ad eum misissent, ut in ius ueniret, & mulieri responderet: iussit eum qui missus erat, redire, & Tribunis dicere, ius eis non esse, neq; se, neq; aliū quem quā in causam uocādi, quod more maiorum Tribuni plebis prehensionem habent, uocationem non haberent. Posse igitur eos uenire, & prehendi se iubere, sed uocandi absentem ius non habere. Constatē fecitq; igitur homo liberi animi, qui, quod iuris esse putabat, ab eo dēcedere noluit. Tametsi Horatius satyrica petulantia hominem hunc insanum uocauit, in gratiam nimis Octaviū. Quam notam Flaccus ne à suis quidem interpreibus tacitā tulerit. Nam quod ille libere in Cæsarē Octaviū inueheret, hoc gratificatū Octavio poetā omnes annotāt. Certe inter omnes cōstat, legū morūq; & antiquitatis, ac iuris civilis doctū apprime Labeonē esse habitum, ita ut eum Petronius arbiter Seruio Sulpitio cōparet, illo aetūsculo. Atq; esto, quid Seruius & Labeo, Inuenio etiā apud autores Vestaliā prætoria

CCCIII ANTISTIUS LABEO

prætoria familia genitam uulgasse apud
ædiles stupri licentiam, more inter ueteres
res recepto, qui satis pœnarū aduersum
impudicas in ipsa professione flagitijs cre-
debant, exactam etiā à Titidio (sic enim
scriptum est pro Antistio forte) Labeone
Vestiliæ marito rationem, cur in uxore
delicti manifesta ultionem legis omis-
set, atq; illo prætendente, sexaginta dies
ad consultandum datos, nondum prete-
riſſe, satis uisum est de Vestilia statuere,
eaq; in insulam Seriphum ablegata est.
Sed quia multi aliarum quoq; gentium
Labeonis tulere cognomen, hoc libenti
us eam contumeliam ab Antistio auertes-
tim. Est & apud Senecam inter oratores
declamatoresq; Labeo, cuius tamen libri
accuratius scripti Labienum seruant, con-
sentiente etiam Suetonio. Cornelium La-
beonem citat Macrobius. Nos Fabiū La-
beonem supra memorauimus. Idem er-
rō ex Labieno Labeonē fecit apud Plus-
tarchum in Pompeio, in Græcis quoque
exemplaribus, & si Antistij etiam Pom-
peiū affinitate contigerint. Habuit enim
primis nuptijs in matrimonio **Antistiā**
cuius

cuius pater vir prætorius propter eā prospicuitatem quasi Syllanus in senatu iugulatus est. Illud certe de hoc Labeone traditur , primum codicillis esse usum , atq; ita factum , ut huius simul & præceptoris sui Trebatij , quam diximus , autoritate , postea nemini dubium fuerit , quin iure optimo suprema uoluntas codicilis testata relinqueretur . Ex Labeonis operibus , inter quæ numerantur etiam ad xij. tabulas . & xl. posteriorum libri , ad Edictum præt. peregrini xxx. ad urbani complures , existimat Politianus adhibitos à Tribuniano in suos legum centones , decem libros posteriorū , octo probabilium . Quam sententiam Riwallius refellit ratione non insubtili : neq; in eo tantū , sed & in Q. Mutio ponit & Aquilio Gallo . Sane quamuis Labeo principali studio iuris prudentiam exercuerit , & consulētibus publice responderit , attenuatamen ceterarum quoq; bonarum artium expers non fuit . Et in grammaticam sese atq; dialecticam literasq; antiquiores altioresq; dederat , ac latinarum uocum origines rationesq; & proprietates per-

u callebat;

CCCVI . C. A T T E I V S

callebat: eaq; præcipue scientia ad enos dandos plæroscq; iuris laqueos utebatur. Apparuit hoc ipsum in libris posteriorū, post eius mortem, ut ferūt, editis. Quorū cōtinui tres xxxviij. xxxix. xl. pleni erant id genus rerum, ad enarrandā illustrandasq; latinā lingua ad modū cōducentiū.

C. ATTEIVS CAPITO.

CAtteius Capito, auo Centurione Syllano, patre prætorio, haud admodum ueterē. nec tamen ignobilis familia ortus. Consulatum Romæ gessit cum Germanico Cesare, Octauij imperio, anno post Christum natum xij. Quo quidem in magistratu adeo nihil egisse traditur, ut ne iudicauerit quidem, collega

Errores rebus eius omnia iudicia peragēte. Error est in centium. Coss. Cassiodori, Holoandri, Glareani, pro Atteio Fonteum scribentium, quos diuersos fuisse, & hunc consulem, etiam ex Tacito discas. Is quoq; magnā sibi in iure ciuili autoritatem comparauerat, & alterum quasi oraculum ciuitatis eo tempore habebatur. Doctorem habuerat Of filium, in cuius etiam præceptis atq; sententijs

rentis perseverabat, dissidebatq; à Labes
one non modo discipline exercitatione,
sed moribus etiā, & toto uitę genere. Ille
cum principib; contumacia certabat,
hic obsequiosus dominantibus in adul-
tione usq; erat. Quibus illecebris proba-
tus Octauio, cōsulatū exq; eo honore in-
uidiam adeptus est. ac sequenti anno in-
curatione aquarum Mōcenati succēssit.
Itaq; triennio inde cum Tiberis urbem
inundasset, relabentemq; secuta esset edi-
ficiorū & hōminū strages, remedio co-
hercendi fluminis à Tiberio principe pre-
fectus est, collega dato, L. Attuncio. Qui
cum in senatu egissent, an ob moderan-
das Tiberis exundationes auerti flumina
& lacus oporteret, per quos augescit, au-
ditis municipiorū & coloniarū, ad quas
ea res pertinere poterat, legationibus, ni-
hil mutari placuit. Auxit adulationis ui-
tium Capitoni, Tiberij principis dissimu-
lata insolentia. qui cum nimio plus adu-
latoribus delectaretur, amare tamen in-
ciuib; ac senatoribus libertatem dicen-
di simulabat. Itaq; eius animi non igna-
tus Capito, cum L. Ennius eques Rom.

¶ 2 maiesta

CCCVIII C. A T T E I V S

maiestatis postulatus, quod effigie principis Tiberij promiscuum ad usum argenti uertisset, recipi inter reos uetaretur à Cæsare, palam quasi per libertatem aspernatus est: non enim debere eripi patribus autoritatem statuendi, neq; tantum malaficium impune habendum. sane lentus in suo dolore esset, reip. iniutias ne largitur. Intellexir hæc Tiberius, ut erant, magis quam ut dicebatur, persistitq; intercedere. Capitoni insignior infamia fuit, quod humani diuiniq; iuris sciēs, egregium publicum, & bonas domi artes de honestauisset. Eodemq; ipso anno est mortuus, qui fuit post Christum natum xxij. Illa Capitonis ridicula fuit adulatio. Nā, cum Tiberius Edicto quodam uerbum parum apud latinos uetus inscripsisset, eiusq; recordatio noctu principi subisset, conuocatis postridie, quotquot Romæ grammaticam aut uerborum interpraetandorum scientiam profiterentur. Pomponio grammatico uerbum repræhendente, Capito affirmauit, & esse illud antiquum, & si nō esset, futurum certe iam inde, & ciuitatem in gratiam Cæsar is id uerbum

uerbum inter antiqua relaturam. Quod adeo tacitum non tulit, ut grammaticus ad Tiberium conuersus, mentitur Capito, responderit, tu enim Cæsar ciuitatem Ro. dare potes hominibus, uerba & linguae latine usum nō potes. Eam respon-
Dionis in-
curia.
 sionem Dion Procillio cuidam senatori ascribit: sed pluris est apud me Suetonij diligentissimi scriptoris autoritas. Idem Capito Atteium philologum grammaticum dicebat inter grammaticos rhetorem, inter rhetores fuisse grammaticum: id quod hodie multis evenit. Reliquit Capito libros non paucos, quorum testimonia sepe Gellius, interdum & Macrobius & Frontinus utuntur. Multa de Atteio Capitone Tribuno ple. sunt apud Dionem libro xxxix. sed ea ad patrem potius iuris consulti pertinere, temporum ratio indicat. Quemadmodum & quae in senatus consulto à Cælio ad Ciceronem in epistolis missis: forteq; etiam que de Atteio quoddam copiatum ductore per Octauij, & L. Antonij bellum scribit Appianus libro v. bellorū ciuilium. Sed illud quod scribit Paterculus, Capito-

ii ; nem

CCCX C. ATTEIVS CAPITO

nem senatorij ordinis virum, patruum suum, Agrippæ, C. Cassium de cede Cæsaris lege Pedia accusanti, subscriptisse, ad patrem melius quam ad filium referas, quasi iam tum ab eo hæreditarias accepit partes Cæsarianas filius. licet hoc malit Zafius filio ascribere. Fuit & quæstor Iudeæ Capito quidam, C. Caligule imperio, ut Philo Iudeus scribit, quem non temere filium huius iuris consulti existimaueris. Quendam etiâ Capitonem inter primarios declamatores memorat Seneca: Plinius iunior Titinium Capitonem scriptorem virorum illustrium.. Sisinnium quoq; & Asinum Capitones inuenio. Sed ut ad nostrum redeamus, libros hos conscripsit. Commentaria ad xij. tabulas, coniectaneorum libros cclx. de pontificio iure, cuius consultissimus fuit, septem: de senatoris officio unum, de iure sacrificiorum decem, commentarium etiam de iudicij publicis. Ex ijs operibus permulta citantur à Gellio, Festo, Macrobio, Nonio, Frontino.

M. COCC-

M. COCCEI VS NERVA
Pater, & Filius.

M M. Cocceius Nerua iuriusconsultus, 1
Cocceiū Neruam patrem habu-
it, qui cum L. Gellio triumvirali domina-
tu consul fuit, & conciliandę inter Anto-
niū & Octaviū amicitiae sese cum Mæces-
tate interposuit. Narniense familiæ ges-
nus. Nerua ipse iurisconsultus Labeonis
sextā excepit, & dissensiones disciplinarū
cum Capitonis successoribus adauxit. Is
omnis diuini atq; humani iuris sciens,
eaq; cognitione illustris, familiarissimus
atq; assiduus Tiberio Celsari fuit. In cura-
tione aquarū (quod munus principibus
in ciuitate viris dati consueuerat) Satrio
Rufo successit, Seruio Cornelio Cethe-
go L. Visellio Varrone Coss. anno post
natū Christū quinto ac uigesimo. Bien-
nio post solus ex senatorio ordine Celsa-
rem in Campaniā atq; insulā Capreas se-
cedētem secutus est, ibi q; cum eo annos
septem octo permanxit. Traditur etiā ante
cōsulatu fūctus. quod extra ordinario ac
suffractio munere ei cōtigisse existimō.

ii 4 atq;

CCCXII M. COCCEIVS NERVA

atq; ideo nullum annum in commentarijs conficit: nec sciri potest, quibus causis gesserit consulatum. Anno postq; secesserat, fermè octauo, cum Tiberius omnia cædis ac libidine repleuisset, uit priscæ probitatis Nerua, eius consuetudinis impatiens, integro statu, corpore illeso, moriendi consilium cœpit. Quod ut Tibерио cognitum est, assidere Neruae, causas requirere, addere preces, fateri postremo, graue conscientiæ, graue famæ suæ, si proximus amicorum nullis moriendi rationibus uitam fugeret. Auersatus sermonem Nerua, cum diu nullis precibus elici ab eo responsum potuisset, abstineniam cibi continuauit, atq; ita uitram finiuit. Causæ mortis præcipue serebantur àgnaris cogitationū eius, q; quanto proprius mala Reip. intueretur, præira ac metu, dum integer, dum intètatus esset, honestū finem uoluerit. Alij præter alias hanc adundunt. q; leges à Cesare positas de cōdemnationibus reperiret, undē infidelitatis plurimū ac tumultus prouenire oportet. Ceterū adeo cōmotus est tacito moris eius conuictio Tiberius, ut cōfestim ad mitigan

mitigandas usuras uigintiquinque sesterti
orum millia in publicū contulerit, unde
gratuito indigētibus in triennū mutuo
daretur, & celeberrimos ac notissimos
quosque accusatores iusserit uno die inter-
fici. Reliquit filium Nerua eadē iuris co-
gnitione celebrem, qui libros de usucapi-
onibus reliquit. Eo natus est Nerua ille,
qui Rom. imperium optime omnium
gessit, ut non modo Nerua hic probitate
conspicuus ipse fuerit, sed filio, nepote,
ac deinceps propinquis, præsertim vero
arrogato Troiano opt. principe iurisque di-
uini atque humani consultissimo, deincepsque
adoptione optimorū principum
ad Commodum usque censendus sit. Ner-
ua filius (si Vlpiano credimus) annum
agens ætatis septimum ac decimum, aut
paulo plus de iure publice respōdit. Fue-
runt & Syllij & Licinij Neruæ, sed aliae
gentes, nec nisi cognomine similes.

MASVRIVS SABINVS.

Masurius Sabinus è plebe homo, At-
teo Capitoni in disciplina iuris suc-
cessit, & Cocceium Neruam æmulum
u s habuit

CCCXIII M A S V R I V S

habuit. Receptus est in equestrem ordinem iam grandis natu, & annorum fere quinquaginta. Ei neq; amplæ facultates fuerunt, sed plurimū à suis auditoribus sustentatus est: obtinuitq; à Tiberio Cæsare, ut sibi de iure respondere liceret, atq; ita publice primus rescripsit. Nā, ut obiecter sciamus, ante tempora Augusti, publice respondendi ius non à principibus datur, sed, qui fiduciam studiorum suorum habebant, consulentibus respondebant, neq; responsa utiq; signata dabant, sed plerumq; iudicibus ipsis scribebant, aut testabantur illos ij, à quibus consulti fuerant. Primus O&. Augustus, ut maior iuris autoritas haberetur, constituit, ut ex autoritate eius responderent. Et ex illo tempore peti hoc pro beneficio cæpit. Vnde paulo post effectum est, ut pessimi humani generis Caligula, inter cætera liuoris ac malignitatis in omnes classos uitios scelera, de iuris quoq; cōsultis, quasi sciētiæ eotū omnem usum abolitus, sepe iactauerit, se me hercle effecturū, ne quid respondere possent, prēter equū. Postea deinde optimus princeps Adria-

nus, quasi

nus, quasi pristinum morē & libertatem
 relatus, cum ab eo uiri petiti peteret, ut
 sibi liceret respondere, rescripsit eis, hoc
 non peti, sed prestatari atq; efficere solere.
 Et ideo si quis fiduciā sui haberet, placitu-
 rum se populo ad respondendū se prépa-
 raret. Postremo res eō deuenit, ut retēto
Augusti more, nemo iurisconsultus appellatetur,
 aut publice ius interpretaretur,
 deq; eo responderet, nisi ea autoritatem
 à principe imperasset. Quorū omnium
 sententiæ & opinioneis in tantū honoris
 uenere, ut ex principum constitutionis
 bus recedere ab eorum responsō iudicis-
 bus non liceret. Et ex horum tantummo-
 do scriptis Iustinianus confici Pandes-
 cas suas, cæteris reiecit, uoluerit. Extat
 de Masurio illud in Satyra Persij carmen
 in persona Libertini: Vindicta postquam
 meus à Prætore recessi, Cur mihi non lis-
 ceat, iussit quodcūq; uoluntas, Excepto
 si quid Masuri rubrica uetauit. Et (ut qui
 dam putant) epistola Plini Cæcili lib.
 iiiij. qua eū ut religiosum defensorē supre-
 marum uoluntatū laudat. Sed ego ad il-
 la tempora nō puto peruenisse Masurium.

Opera

Opera hæc ab eo feruntur relicta. Memorablem libri duodecim, Iuris ciuilis tres Commentarij de Indigenis, Liber de furtis: unde multa Gellius Mactobiusq; nominatim sumpfere.

CASSIVS LONGINVS.

Cassij Patricij iam inde ab initio Robertatis magni atq; ampli extitere. Sp. enim Cassius, cognomento Becillinus (Vscellinum, Vicellinū autores aut librarij uariant) octavo post pulsos reges anno Cos. duos deinde alios, & magisterium equitū primus gessit. Postremo cū iactanda lege Agraria, quę nunquā dein de sine maximis motibus rerum agitata est, ea largitione captare animos plebis, & sibi uiam ad tyrannidem facere uidetur, ubi primum magistratu abiit, damnatus necatusq; est. Sunt qui patrem auctorem eius supplicij ferant. Eum, cognita domi causa, uerberasse ac necasse, peculiumq; filij Cereri cōsecratus, signum inde factum esse & inscriptum, ex Cassia familia datum. Sed quę familia primum molitorem tyrranidis dederat, eadem post

post multos insignes viros, acerrimum vindicem libertatis protulit C. Cassium, Iulij Cæsaris interfectorum. Longini cognomē habuisse primus legitur Q. Cassius Cos. anno V. C. Dxc. multiq; deinde amplissimis functi magistratibus. Insignis est in genere & L. ille Cassius prætor, cuius tribunal propter nimiam seueritatem, scopulus reorum dicebatur. Ex hac gente Cassius Longinus natus ex familia Tuberonis, nepte Seruij Sulpitij, prope hæreditariam iuris civilis scientiā exercuit, cum proauum Sulpitium, Tuberonem auum maternos habuisset. Is Mafusio Sabino successit, & Cassianorum nōmē suis reliquit, princepsq; & patēs eius scholæ est habitus. Hūc alij C. alij L. prænominant. Consul fuit cum Quartino quem alij M. Vinitium vocant, anno imperij Tiberij Cæsaris decimo septimo. In quo quid gesserit, ut alioqui ingētis spiritus, quoniam eius anni historia apud Tacitum desideratur, sciri non satis potest. Sequenti anno cum atroces in Senatu sententiæ in Iuliam Tiberij quondam uxorem dicerētut, & ut bona Seiani, qui ex mas-

ex maxima principis gratia in sœuissimam ignominiam ac necem deciderat, æratio ablata infiscum referrentur, in his & Cassius idem asseueratione multa cœsuit. Extremo deinde Caligulae principatu, cum Asiæ Proconsul esset, & fortunæ Antiatinæ principi respondissent, ut à Cassio caueret, immemor princeps Cassium Chereæ quoq; à quo postea occisus est, esse nomen, interficiendum Cassium Longinū delegauerat. Sed fatalis necessitas ingruens Caligulae Longinum seruauit. Rerum inde potiente Claudio, Cassius Syriae præfecturam accessit Marso succendens. Qua in prouincia cum esset, sacerdotalem stolam Pontificis Iudæorum, qua ille solemnisibus modo sacrificijs utebatur, magna sumptuosa laboratam, in custodiam Romanorum rededit. Ea enim cum antea usq; ad Tiberij tempora in turri, quam Barin vocabant, seruaretur, ita ut pridie sacrificiorū, adhibito Pontificis Iudei sigillo & duabus præsidij Rom. promeretur, & perennis sacris, eodem inspiciente, cōderetur, Tiberius in gratiam Agrippæ Regis, stolam pos-

lati potestati omnino Iudeotū permis-
erat. Hāc igit̄ Cassius cū Cuspio Fado pro-
curatore Iudeæ, in Antonianā (sic enim
turrim, quę prius Baris dicebat, in Anto-
nij gratiā Herodes Rex uocari iussit)
turrim deponi iussit. Romanos enim ut
prius, principes esse oportere, neq; de ue-
teri iure quicq; detrahi, id enim petiturus
de Iudeis Caspius, ueritus ne nō obrem-
peraret gens religionis & sacrorum tena-
cissima, cui tum ipse præterat, Cassium ex
Syria cum magnis copijs accinerat. Ro-
ganti igitur populo, ut præsides spatium
indulgerent legatos ad Claudiū Cæsa-
rem super ea re mittendi, concessum est,
acceptis filijs obsidibus, tandemq; res à
Cæsare impetrata. Et cum legati Partho-
rum Meherdatem eius gentis, qui tum
Romæ erat, in Regem aduersus tyran-
nidem Gotarzis expetissent, princeps
missum Meherdatem cū literis, Cassio,
ut ad ripā Eufratis amnis ducat, man-
dat. Cassius ea tépestate cæteros præmis-
nebat peritia legū. Militares em̄ artes per-
otiū ignorę, industriosq; ac ignauos pax
in quo tenet, Attamē quantū sine bello
dabatur

dabatur, reuocare præcisum morem, ex-
ercere legiones, cura, prouisu perinde as-
gere ac si hostis ingrueret, ita dignum ma-
ioribus suis & familia Cassia, per illas
quoq; gentes, ob uitutem egregiam C.
Cassij eius, qui C. Iulium Cæsarem tyran-
num interemerat, & Pompeilegatus eā
aliquando prouinciam obtinens bella
cū Parthis gesserat, celebrata ratus. Igitur
excitis ijs, quorū de sententia petitus Rex
fuerat, positisq; castris apud Zeuma,
unde maxime perius amnis, postquam
illustres Parthi, Rexq; Arabum Abbarus
aduenerat, monet Meherdatem Cassius
barbarorum impetus primo acres, cun-
ctatione inde languescere, aur in perfidi-
am mutari. Itaq; urgeret cepta. Quod
spretum fraude Abbari, Meherdatem in
perniciem ac manus inimicorum dedu-
xit. Post nouennium, Nerone iam do-
minatum exercente, nuntiata de Parthis
victoria, cum finis nō fieret agendis sup-
plicationibus, referēdisq; inter festos die-
bus, quibus parra victoria, & ad Senatū
nuntiara relatāq; esset, aliaq; in eam for-
mam nimis modum egressa decernerent
tur, Cassius

tur, Cassius cohiberinō potuit, quin de cæteris honoribus assensus, diceret in Senatu, si pro benignitate Fortunæ dijs gratiæ ageretur; ne totum quidem annum supplicationibus sufficere, ideoq; opotere diuidi sacros & negotiosos dies, quibus diuina colerentur, neq; humana impedirentur. Eodem anno tumultuanti bus seditione plebis in senatorium ordinem Puteolanis, Cassius adhibendo res medio electus est: cuius cum severitatē non tolerarent, precante eo, ad alios ea cura translata est. Triénio inde, cum age-
retur in Senatu de nece Pedani Secundi præfecti urbis, quem seruus eius, seu propter negatā libertatem, cui premium p̄s pigerat, siue amori exoleti infensus, & dominum emulum non tolerans, in-
terfecerat, & ex veteri more familiam om̄nem, quæ sub eodem tecto mansitauerat, ad supplicium agi op̄iteret, ac cons-
cursu plebis, quæ tot innoxios protegebat, ad seditionem usq; uentum esset, se-
natoribusq; studijs in contrarias partes in-
clinantibus, inter eos, qui nihil mutan-
dum censebant, Cassius sententia loco

x in hunc

in hunc modum differuit. Sæpenumero P. C. in hoc ordine interfui, cum contra instituta & leges maiorū noua Senatus decreta postularentur, neq; sum aduersus. non quia dubitarem super omnibus negotijs melius atq; rectius olim prouisum, & quæ conuerterentur in deterius mutari, sed ne nimio amore antiqui mo^ris studiū meum extollere viderer, simul quicquid hoc in nobis autoritatis est, cœbris contradictionibus destruēdum non existimabam, ut maneret integrum, si quando Respub. consilijs egiisset, quod hodie evenit, consulari uito domi suæ imperfecto per insidias seruiles, quas nemo prohibuit aut prodidit. quāuis nondum concusso senatus consulto, quod supplicium toti familiæ minitabatur. discernite hercule impunitatem. At quem dignitas sua defendet, cum præfectura urbis non profuerit: quem numerus seruorum tuebitur, cum Pedantium Secundum quadringenti non protexerint: cui familia opem feret, quæ ne in metu quicdem pericula nostra auertit: An, ut quidam fingere non erubescunt, iniurias suas ultus

as ultus est interfector: quia de paterna pecunia transegerat, aut auitum mancipium detrahebatur, pronuntiemus ultra dominum iure cæsum uideri. Libet argumenta conquirere in eo, quod sapientioribus deliberatum est. sed & si nūc primum statuendum haberemus, creditis ne seruum interficiendi domini a nimum ita sumplisse, ut non vox minax excideret: nihil per temeritatem prolo queretur: sane consilium occuluit, temum inter ignaros paruit. Num excubias transiret: cubiculi fores recluderet: lumen inferret: cædem patraret: omnibus nescijs. Multa sceleris indicia præueniunt, serui si prodant: possumus singuli inter plures, tuti inter anxios, postremo, si pereundum sit, non inulti inter nocentes agere. Suspecta maioribus nostris fuerunt ingenia seruorum, etiam cum in agris aut domibus h̄isdem nascerentur, charitatemq; dominorum statim accipereint. postquam uero nationes in familijs habemus, quibus diuersi ritus, extera sacra, aut nulla sunt, colluuiem istam non nisi metu cohæueris. At quidam

x 2 insontes

infontes peribunt: num & ex fuso exercitu, cum decimus quisq; fuste feritur, etiā strenui non sortiuntur. Habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplū, quod contra singulos, utilitate publica rependit. Sententiae Cassij, ut nemo unus contraire ausus est, ita diffonæ uoces respondebant. numerum, aut ætatem, aut sexum, ac plurimorū dubiam innocentiam miserantiū. Præualuit tamen pars, quæ supplicium decernebar. Quadriennio post, cum Poppeæ Neronis coniugi mortuæ funus fieret, Cassio Nero officia exequiarū prohibuit. quod primum illi indicium mali fuit. neq; in longum dilatatum est. Igitur missa ad senatum oratione, remouendum Cassium à Rep. discesserunt: obiectauitq; quod in vetere gentili stemmate, inter imagines maiorum, etiā C. Cassij tyrannoctoni effigiem restitus esset, ita inscriptam, duci partium semina enim belli ciuilis & defectionē à domo Cæsarum quæsitam. ac ut memoria tantum infestis nominis ad discordias uteretur, assumpsisse L. Syllanū, iuuenem generis nobilem, animo promptū, quem nouis

mouis rebus ostentaret. Is disciplina Cassij, apud quem educatus fuerat, ad magnam claritudinem evaserat. Inducit posthac sub nomine indicu, qui in Lepida Cassij uxorem, amitam Syllani, incestum cum fratri filio, & diros sacrorum ritus confirmarent. Tunc Senatus cōsulto exilia Cassio & Syllano decernuntur, de Lepida Cæsar statueret. Deportatus est in insulam Sardiniam Cassius, & Senatus iussus expectabatur. Syllanus quoque relegatus paulo post iussu Neronis submissio percussore occiditur. Alij deinde multi, ut conscijs, vexatis sunt. Adeo calamitas illa dira ciuitati Ro. incubuerat, ut senem iuris peritis sumum luminibus orbatu (nam id quoque de Cassio traditur) nullo criminе, nisi quod opibus uetus & grauitate morum præcelleret, affligere non dubitauerit. Et sunt, (si dīs placet) qui principis unius libidinem publicæ libertati, ubi & sentire quæ uelis, & quæ sentias dicere liceat, anteponenendam putent. Cæteru ad Cassiu redesamus, qui beneficio longissimæ ætatis, Rep. ad meliorem principē delata, à Vespasiano de relegatione reuocatus, uitia
x 3 in patria

CCCXXVI C A S S I V S

in patria finiuit. Domum habuit, quæ postea testamento Numidię Quadratilæ ad Quadratum oratorem deuenit. Fuit & alius Longinus ex equestri ordine, qui postea ad præturam usq; peruerseuit. Ad quem cur potius exilium tetulerit Aimarus Allobrox, quam ad consularē illum iuris consultum, equidem causam non inuenio, cum ex Tacito apertissime constet de iuris petito dictum. Alium C. Cassium quidam memorant per Hadriani tempora, qui decem iuris ciuilis libros scripserit. ad quem mulierem quandam cum quinq; liberis, uno partu editis, adductam ait. Cassium & Macrobius citat. Inuenio etiā L. Cassium Longinum h̄sdem temporibus plebeio genere, uerum antiquo honoratoq;, qui seuestra patris disciplina educatus, facilitate s̄pius q; industria cōmendatus fuerit. Cui Drusillam, Germanico Tiberij ex Druso fratre nepote & adoptiuo filio ortam, Tiberius in matrimonium dederit, superq; ea re cum leui honore iugenis ad senatū scripserit, ac triennio post, cum urbs graui incendio afflcta esset, æstimando cu-
iusq;

Error Ria
uellij.

iusq; detriméto cum tribus sororijs & P. Petronio præfecerit. Eam Drusillā adeo amauit C. Caligula Imperator, quāmuis sororem, ut & antequam Longino collocaretur, uirgīnem prætextatus adhuc uitiauerit, & in cōcubitu etiā eius quondam depræhensus sit ab auia Antonia, apud quā simul educabantur. mox Longino nuptam abduxit, & in modum iustæ uxoris propalam habuit. Hæredem quoq; bonorum atq; imperij æger instiuit. Eadem defuncta, iustitium indixit, in quo risisse, lauasse, cœnasse cum parentibus aut coniuge liberisue capitale fuit. Ac meroris impatiens, cum repente nos & tu profugisset ab urbe, transcurrissetq; Campaniā, Syracusas petiit. rursusq; inde propere rediit, barba capilloq; promisso. Nec unquam postea, quātiscunq; de rebus, ne pro concione quidē populi, aut apud milites nisi per nomen Drusilla deierauit. Hæc addidimus, q; aut filius fuisse, aut omnino aliquid attinuisse Longino is iuuenis existimari poterat. Nā ut hic ille s.t, qui ad præturā usq; peruenit, impedit, q; cōsularem enim appellat

CCCXXVIII AMINIVS REBIVS

Suetonius. Apposuimus etiam epigram
ma quoddam uetus libertorum Longis
pi, Romæ repertum.

D. M.

C. Cassius Verecundus fecit sibi & Cas-
siæ Damalidi libertæ carissimæ & bene-
meritæ idé coniugi, & C. Cassio Cotino,
& Cassiæ Moschidi parentibus, suis isdæ
patron. libertis C. Cassij Longini, & li-
bertis suis, libertabusq; posterisq; eorū.

A M I N I V S R E B I V S .

A Minij Rebij nihil preter mortem &
epitaphium inuenimus. Sed quia
eum Tacitus peritia legum inter primo-
res numerat, uisum est inserere. De maio-
ribus nihil comperi. ipse pecuniae ditissi-
mus, fame non admodum bona fuit, ob
libidines muliebriter infamis. Mortem ta-
men opinione hominū constantius tu-
lit, atq; adeo sumpsit. Cruciatus em̄ ægræ
senectæ, misso per uenas sanguine, effu-
git. obiit in verj Neronis anno tertio.

PROCV*

SCholam & disciplinam Neruę patris
Procucus excepit. Magna is autoritate
suit ac plurimum potuit, nō in ciuili mo-
do scientia, in qua tantifuit, ut, qui prius
à Labeone ac Nera nomen accipiebant
ab eo Proculiani cæpti sint dici, sed (opi-
nor) etiam in Repu. Hunc non eum esse
arbitror (multi enim & priscis tempori-
bus, & illo æuo Proculi extitere) qui C.
Acerronius Proculus uocatus, & cum C.
Pontio Nigrino Cos. fuerit, extremo Ti-
berij principis arma Caligula domina-
tionem ingressus, cum decretum inter-
cessisset, ut Cos. magistratu sē abdicaret,
quo principi daretur, id quidem abnuit
Imperator, sed una tamen ipse ac Clau-
dius patruus cum illis consulatum gesse-
re. Sed ne euia quidem puto, quem Coc-
ceium Proculum uocat Tacitus, & spicu-
latorem fuisse indicat, nec quem Plinius
Cecilius ut poetam bonum memorat,
sed Liciniū illum Proculū, qui Othonia
nas partes secutus, cæso Galba, præfectus
prætorio creatus est. Fuerat is intima fami-
iliaritate Otoni cōiunctus ac suspectus

consilia eius fuisse. Post, Othone iam rerum potito, cum seditio ac tumultus militum ipsorum in urbe exortus esset, Proculus milites allocutus, promissis quinis millibus numum, turbas sedauit. Cumq; Otho obuiam ire Vitellio contenderet, plurimum spei & fiduciæ in Proculo collocavit. Itaque eum peditum equitumq; copijs præfecit. Is enim urbanæ militiae impiger, bellorum insolens, cæteros criminando prauus & callidus bonos & modestos anteibat. Cū prope hostes uerum esset, agitante consilia Othone, an bellum trahi oporteret, cæteris ducibus trahendum putantibus, Proculus inclinatum in diuersam sententiā principem adulacione atq; imperita propetatione iuuit. Fortunā enim, quod Scopiæ alas, & uictoria recēs esset, et princeps hostium Vitellius aberat, Deos quoq; & numen Othonis adesse cōsilijs, una cum Ticiano fratre principi restabat. Itaq; postquam pugnari placuit, idē autor principi, ne prelio interesset, ut Brixellum se cōferret, impulit, ibiq; dubijs præliorum exemptus, summę rerū & imperio se ipse reseruaret.

seruaret. Quę res in primis partes eius af-
fixit. Profecto itaq; Brixellum Othonem,
honor imperij penes Titianum fratrem,
ius atq; potestas ad Proculū resedit. Qui
positis ridicule castris, inter media flumi-
na atq; aquas milites siti cōficieban̄. Et
cum postridie in hostē procedere uellet,
itinere xx. milliū amplius, neq; Paulinus
collega assentiretur, superuenire à Bebri-
aco Othonis literę, quib; rem quam pri-
mum decernere iubebantur. Vbi igitur
uentum in pugnam est, confuso agmine
fusi Othoniani, ita ut apparuerit nō igna
via militum, sed ducum temeritate pec-
catū. In fuga Proculus castra uitauit. Ali-
quando post ueniente in Italiam Vitel-
lio (nā duces absente eo ad Padū Otho-
nianos deuicerant) cū cæteris ducibus oc-
currit & Proculus, quem cum Suetonio
Paulino primū tristī mora squallidum
tenuit, donecauditi, cum necessarijs ma-
gis defensionibus q̄ honestis uterentur,
proditionē ul̄tro sibi imputabant: spatiū
longi ante prēliū itineris, fatigationē O-
thonianorū, permixtū uehiculis agmen,
ac pleraq; fortuita fraudisue assignantes.

Ita Vie

Ita Vitellius credidit de perfidia, & fidē
absoluit. Hęc omnia ideo de iuris consul
to dici interpretati sumus, quod plurimū
potuisse eū Pomponius tradit, id quod
de nullo alio Proculo his temporibus re
periebamus. Nam neq; prætorij præfe
ctura à iuris consulto abhorrebat, quam
postea & Papinianus, tantus in ciuili fa
cultate uir, alijq; gesserint. Neque ultra
quicquam nobis de Proculo cōpertum
est, nisi quod eum Vlpianus quasi non le
ueni iuris autorem nominat ex rescripto
diuorum frarrum. Celsus uero etiam fi
lium Proculum autorem iuris habuisse
uidetur.

CAELIVS SABINVS

SVcessit Longino in disciplina iuris
Cælius Sabinus. Is ab Othone bime
strem Quintili scilicet & Sextili mense
Consulatum cum Flauio Sabino ante ac
ceperat, quorum honori né Vitellius qui
dem uictor int̄ercessit. Vespasiani tamen
postea temporibus plurimum potuit, si
ue quod cum fratre eius Flauio Sabino
amicitia & consulatu coniunctus fuerat,
siue

stae quia initium Vespasiano imperij pri
mo eius Cōsulatus die, Calen. ipsiis Sex.
feliciter occuperat, Alexandro Tiberio in
Vespasiani sacramentum Alexdndriæ
adigente. Isq; primus principatus dies in
posterum celebratus est. Librum de Edi-
cto ædilium curulum scripsisse dicitur,
in quo multa scripsit de uenalium seruo-
rum legibus. Id enim erat præcipuum ar-
gumentum qdilitij edicti.

S E X. P E D I V S

Quo tempore uixerit Pedius, in ins-
certo est. Mihi non admodum ab-
esse a uero uidetur, hominem
circa hęc tempora ponere, illumq; ipsum
esse, quem significat Persius in Satyra e-
tiam Oratorem eloquentissimum exti-
tisse, illis uersibus:

Fur es, ait Pedio, Pedius quid c carni-
na rasis

Librat in antithetis, doctas posuisse fi-
guras, Laudatur.

Nisi tamen malimus in Persio eum acci-
pere, de quo & Horatius (soler enim Per-
sius uti nominib. & personis Horatianis

Cum

CCCXXXIII SEX. PEDIUS

Cum Pedius causas exudet publicus.
Traditur & de Pedio Blæso temporibus
Neronis, qui sit repetundarum & furti
damnatus. Sed quicūq; fuerit is iurecon-
sultus, & quacunq; ætate, libros reliquit
de stipulationibus, item ad edictū quin-
que ac uiginti: unde multa citantur à ple-
bisq; autoribus Iustiniani Digestorum.
Quod indicio est hominem & satis anti-
quum esse, & magnæ autoritatis.

P E G A S V S

Proculus successionem disciplinæ re-
liquit Pegaso. Is temporibus Vespa-
siani Cos. fuit cum Pusione. Quo magis-
stratu in uerba eius factū est s. c. ut ei, qui
rogatus esset hæreditatē restituere, petin-
de liceret quartam partem retinete, sicut
per legem falcidiā ex legatis retinere
iam pridem licuerat. Ex singulis quoq; re-
bus per fidei cōmissum relictis, eadem
permissa retentio est. Illud quoq; eodem
s. c. cauebatur, ut, si recusasset scriptus hæ-
res adire hæreditatem quasi suspectam
atq; damnosam, desiderante fidei cōma-
missario, iussu pretoris adiret & restitue-
ret hæres.

ret hereditatē. Cuius decreti multa abrogavit Iustinianus, multa in Trebellianū s.c. transtulit, propter captiosas nescio quas stipulationes. Certe Pegasianū ab eo nomen habuit. Eodē imperante p̄fēctus urbis fuit, atq; etiā Domitiano, quod significare videſt luuenalis, honorificens tissimo hominis testimonio. ait enim:
Rapta properabat ab olla
Pegasus, attonitæ positus modo uillicus
urbi.

An ne aliud tum p̄fēcti: quorum op̄timus atq;

Interpres legum sanctissimus, omnia,
quamquam

Temporibus diris, tractanda putabat
inermi

Iusticia.

Vexabat enim tunc Romā Domitianus.

PRISCVS LABOLENVS

& Plantius.

Successit Cælio Sabino Priscus Labole
 nus. Is officijs intersuit, adhibitus
 consilijs est, ac de iure publice respondit.
 Tametsi sunt, qui eū inter malefacos nu-
 merent

CCCXXXVI PRISCVS IABOL.

merent. Ad Antonij Pij imperium usq; peruenit, eoq; est usus princeps Iurisperis to, cum multa iura sanctaret. Argumētum dementiē eius illud fertur, quod cū Passe nius Paulus splendidus eques Rom. & in primis eruditus, scriptor elegorū, mu niceps & Gentilis Properti, recitaret, & ita carmen cæpisset dicere: Prisce iubess: Ad hoc Iabolenus Priscus (aderat enim ut Pāulo amicissimus) ego uero non iua beo . Hictibi risus, ioci, eo maiores, quo uir grauioris professionis despuerat, & quod Paulo aliena delitatio aliquātum frigoris attulerat. E Cassio quindecim libros, epistolarum quatuordecim, quīnq; ad Plautium reliquit. Fuit enim & Plau tius inter iuris prudentes celeberrimus. De quo & si nihil cōpertii in uita habeo, s̄æpe tamen in libris legum accitur, mul tosq; & præcipuos iuris prudētes uel ad eum uel in opera eius scripsisse constat. Quamquam de eo quoq; cum multis ta cuit Pomponius.

Iuentius

IV. CEL. P. A. AC F. CCCXXXVII

I V V E N T I V S C E L.

sus, Pater ac Filius.

Celsus pater Pegaso successit. De Ma-
rio quodam Celso multa apud Ta-
citum in rebus Othonis inuenio, quorū
nihil pertinere ad hunc nostrū arbitror.
Is Celsus & apud Traianū magno in ho-
nore, & Hadriano principi inter iudi-
candum præcipue in consilio fuit, cum
ille non amicos suos aut comites solum,
sed iuris consultos etiam, quos tamen se-
natus omnis probasset, adhiberet. Filius
quog̃, quem quidam Iulium vocant, eo
dem studio clarus, duos consulatus per
Hadriani, ut ferūt, principatū gessit. unū
cum Neratio Marcello, posteriorē cum
Iulio Balbo, quem apud Cassiodorū nō
comperio. sed & pro Marcello, Marcelli
num ponit. Plinius tamen Cecilius Mar-
cellum seruat. est sanè apud eūdem Cas-
siодорум eos. Celsus cum Crispino per
Traiani principatū, anno xix. ante consu-
latum illum cum Neratio. ut possit is ho-
nos ad patrem etiam pertinere. Filius li-
bros reliquit digestorū xxxix. institutio-

y num

CCCXXXVIII IVVEN. CELSVS

num xx. epistolarū xij. Hadriano in consilio fuit. De Iudicentiorū gente, satis supra demonstrauimus. Extat hodie apud Albertinos Romæ marmor cum ijs inscripsionibus libelli precum.

VELIVS FIDVS IVBENTIO CELSO COLLEGAE SVO SALVTE M.

Desideris frater Arti Alphij Arriæ Fadillæ domini. N. Imp. Antonini Aug. matris liberti libellum tibi misi cogniti mihi ex longo tempore primæ iubentutis etiam miratus cū ab ædibus essem quot eo lo. se contulisset, à quo didici causa se requisitionis sed & religionis magnope à domino. N. Imp. impetrasse ita ne qua mora uideatur ei per nos fieri libellū subscriptum per eudē publicū sine mora mihi remittas. opto te saluon & febcem es.

EXEMPLVM LIBELLI DATI

Cum ante hos dies coniugem & filium amiserim & pressus necessitate corpora eorum fictili sarcofago cōmendauerim doni quies locus quem emeram ædifica retur via Flaminia inter miliar. II. & III. euntibus

Requietio=
nis P.R.

Donec quie=
tis P.R.

PATER AC FILIVS CCCXXXIX

Exstantibus ab urbe parte Ieuia custodia monumenti Fla. Thumeles Amesole M. Sini Orgili rogo domine permittas mihi in eodem loco in marmoreo sarcophago quem mihi modo comparaui ea corpora colligere ut quando ne ego esse desier pariter cum eis ponar. secretū fieri placet. Iubentius Celsus promagister subscripti iij. Non. Nouemb. Antio Polione & Opimiano Kos. ordinalis Setuero & Sabiniano Cos.

NERATIVS PRISCVS.

IS quoq; scholam Celsi patris excepit. Traianus princeps optimus tantopere eum probauit, ut frequens opinio fuerit, eum in animo habuisse, Neratium, non Hadrianū, successorē relinquere, multis id ei amicis assentientibus. usq; adeo, ut Prisco aliquando dixerit, cōmendo tibi prouincias, si quid mihi fatale cōtigerit. Nam & Traianus ipse (ut quidā tradunt) iuris diuini atq; humani cōsultissimus fuit. quod magni huic studio honoris loco habendū est. Sed tamē Hadriano, seu favore Plotinæ, seu propter suspicionem
y 2 affectatae

CCCXL NERATIVS PRISCVS

affectare à Palma & Celso inimicis eius contra Traianum tyrannidis, in adoptione atq; imperij successionem promoto, Neratius inter præcipuos iudicario consilio affuit. Consulatum etiam (incertū quo tempore) administravit. Quidam addunt ei collegam Antonium aut Antoninum. Eius hæc ferebantur uolumina, membranarum libri septem, quæstionum tres, responsorū quinq;, è Plautio decem, quatuor epistolarum, regularum quindecim, unus de nuptijs, unde Gellius morem sponsaliorum latinorū annotat. Neratios præter hunc aliquot legimus. Neratium Marcellum, ut dixi, nominat Cæcilius. Est uero apud Gellium ex libris Labeonis nequam ille Neratius, qui pro oblectamento habebat, os hominis liberi sua manu uerberare, sequente seruo cum loculis plenis assium. & quemcunq; dominus depalmauerat, numerari statim ex xij. tabulis asses xxv. iubebat. Propterea prætores edixerunt, se iniurijs æstimandis recuperatores daturos. atq; ita paulatim lex abolita desuetudine est.

DOMITI-

Centis Domitiæ originæ ac progres-
Gius, ad imperatorios titulos Nero-
 nis à Suetonio relatos, non tam inertia
 hoc loco prætermittimus, quam institu-
 to & consilio, sua apud quemq; autorem
 relinquendi, nihilq; tantum ut transcri-
 bam, transcribendi. & quod is Labeo fa-
 milia ne ac stirpis Domitiæ fuerit, nobis
 in ambiguo est, cum præsertim ea nomi-
 num inditione plebeiorū hominū, qui
 se ipsi adoptabāt, & maiorum gentium
 titulis nuncupabant, magna ex parte cor-
 ruptam Ro. historiæ ueritatē Cicero affir-
 met. Is, quacūq; progenie fuerit, Hadri-
 ani tēporibus floruisse dicitur, & libros
 epitomatū unum, epistolarū complures
 ab eo relictos: unde ea sint omnia, quæ
 Tribonianus suis digestis inseruit Labeo
 nis nomine, non ab Antistio. quem Po-
 litiani errorem repetitū, ut pleraq; à Cot-
 ta, Riwallius Allobrox non absurde coar-
 guit. Cuius sententiā ut probem, facit à
 Labeone citata sēpe Labeonis in legibus
 autoritas. Sic enim malo accipi, quam,
 y 3 ut mihi

Riwallij laus.

ut mihi quoq; ipsi aliquando placuit, patrem à filio laudari, quos ambos supra memorauimus.

T. A R I S T O.

L'acte auquel il fait allusion **T** quoq; Aristonē, & si omisit Pompéius, nobis non est uisum præterire. Fuit enim iuris cōsultus & doctus, & priuati iuris ac publici peritissimus. Quod nō modo Gellius indicat, sed Plinius quoq; iunior honorificetissimis ad eum literis testatur. Consulit qm̄ hominem de obscuro iure quodam senatori. (Quod, & si corruptis exemplaribus, patrem ait esse publici) an sententias diuidi, an iri in singulas oportuerit. aitq; Aristoni in omniū penē negligētia, & temporū Domitianī iniuitate, superfuisse curae. sic iura publica, ut priuata. sic antiqua, ut recētia. sic rara, ut assidua tractare. Apud eundē alia epistola se purgat, de recitatis versiculis molliusculis, in quo illū amice ac simpliciter à quibusdam repræhēsum docuerat. Scripsit Aristo uolumina de decretis Frontinianis. Frontinū enim & Corellīū (ut ne hos quidem præteream) ait idem

ait idem Cæcilius spectatissimos in ciuitate uiros extitisse sua tempestate, & à se in consilium adhibitos super in officioso testamento, quos tamen nescias an inter iuris peritos numeres. idé certe Plinius morte Corellij, sine ulla eius professiōis mentione describit. ideoq; omittimus.

ALBVRNIVS VALENS

& Tuscianus.

Aboleni auditores, Alburnius Valens, quem quidā Eburnium, Capitolinus Saluum nuncupat (nisi uero duo sint, alter ab altero diuersus Valens atq; Alburnius, siue malis Eburniū) & Tuscianus, parum omnino habent, quod in eorum uita memorari possit. Nisi quod Valens traditur Autquinio Pio operam suam in iure condendo, atq; usum præstisſe, ac reliquissē fideicommissorum libros septem. Neq; uero satis constitutum habeo, hunc illum esse Valensem, ad quem sunt Plinij Cæciliij literæ, cum nonnulla tamen significatione uel iuri uel aduocationibus dediti hominis. illum quidā cum Vero fuisse eos tradunt.

VINDIVS VERVS,
Vlpinus Marcellus.

HOs quoq; Antonino Pio fuisse in cō
filio, cum iura cōderet, quibus non
mediocriter incubuit, Capitolinus est au
tor. sed ita, ut quibusdam quatuor, alijs
duo uideantur, quod propius uero est.
Vlpium igitur Marcellū etiā Seueri impe
rio floruisse ferunt, & reliquissē libros di
gestorū unū. uel ut est apud alios, octo &
triginta, responsorū unum, sex ad leges.
quibus adiūcit Riuallius quēstionū xxix.
de iure militari duos, quinq; de officio
cos. **V**traq; familia & Vera & Marcella
nobilissimæ, illa uero etiā imperatoria,
sed quatum nescias ij nec ne fuerint pro
genies. Marcella durat in hodiernū Ve
netijs, & pristinā nobilitatem retinet. Ut
& aliæ aliquot Ro. Calua, Memmia, Bal
ba, Veturia, &, ut quibusdā placet, Cor
nelia, ex fuga seruitutis & barbariei in
portum libertatis principatusq; seruatæ.

A R R I A N V S.

HAdriani atq; Antonini tempora ut
pacata & iusta, multos iuris pruden
tes tulere

testulere, in ijs etiam Attianum, qui libros fertur scripsisse cōplures, præsertim de re militari. Sunt qui existiment hunc illum esse, qui res gestas Alexandri Macedonis Græce scripsérunt, quibus ego nō facile assentiar: citius illum extitisse puerum, ad quem multæ sunt Cæciliij epistolæ, quibus eum non tam quasi Iurisconsultum, quām ut aduocatum & Oratorem, atq; adeo Demostheni & Caluorum orationis paré alloqui. significatq; & in senatu uersatū, tandemq; in otium secessisse

TERTVLLIANVS.

EIdem ætati ascribitur Tertullianus, qui libros Quæstionum quatuor, unum de Castræsi peculio edidit. Quidā eum & Cos. fuisse produnt, quod ego apud Cassiodorum non reperio, sed Tertullum, quem Cæcilius Cornutum vocat, principatu Antonini Pij, collegā Sacerdotis ad cuius etiam relationem factum interpretor S.C. Tertullianum, sed Hadriani imperio, de successione matris in bona filij intestati, ad quæ per xij. tab. antea non admittebatur. Sunt qui coni

y s giant

ECCXLVI TERTULLIANVS

ciant eundē esse Tertullianū, qui postea religionem Christi amplexus, egregios pro ea libros reliquerit, id mihi nondum plane liquet. Extat alioqui apud D. Hieronymū inter scriptores Christianos.

SALVIUS IULIANVS

SAluius Julianus cognomento Seuerus origine Mediolanensi, nobili familia, iuris peritissimus fuit. Quam cognitionem à Prisco Iaboleto acceperat, is p̄petuum Edictū diligentissime com posuit supplevitq; etiā nouo addito capite, quo liberi emācipato parri cōiunge rentur in bonis possessionibus successio num prætoriarum, anno post natū Chri stum. cxxxiiij. per Hadriani imperium. cui etiam in consilio, cum iudicaret, assedit. Antonino deinde Pio ac D. D. statibus carus & magno in honore fuit. Eum enim quodam rescripto & amicū suum & V. C. appellant. Extat eius apud Pon ponium memorabilis illa uox, & si alterum pedem in sepulchro haberem, ad huc tamen addiscere uellem. Cōsulatus duos gessit, & præfecturā urbis. Sed iuris civilis

qui ilis sciētia maxime nobilitatus est. Re-
liquit libros Digestorum nonaginta, de-
Ambiguitatibus unum, ad Minutiū sex,
ad Vrseum quatuor. Hunc non nulli ue-
tustissimum putant, inter eos, quorum
ex operibus digesta Iustiniani Tribunia-
nus confecerit. Constat ex antiquissimis
& illi æuo proximis autoribus, paternū
proauum fuisse Iurisperitum Didio Iulia-
no, qui post Pertinacem, imperium Ro-
militibus pecunia redemit. Tametsi as-
pud alios leuioris fidei scriptores auum,
a Politiano autem (per errorem credo)
auunculus dicatur. Nā ex Iurisconsulti fi-
lio natus Petronius Didius Seuerus, prin-
cipē ex clara Aemilia genuit. Saluium ad
Commodi usq; tempora peruenisse, ab
eoq; inter principes viros cæsum, memo-
riæ proditur à Græcis quibusdam auto-
ribus: quorū fidei temporum interualla
non satis congruūt, nisi ad extremā senes-
tam uenerit. Imperator ipse proauū ius-
tis gloria ad e quassę creditus. Cuius uitā
quod optimis pluribusq; autoribus, am-
pliore titulo, inter imperatorias traditā
habemus, conscribendi consiliū nō fuit.

Sepultus

ECCXLVIII SALVIUS IULIAN,
Sepultus est uterq; uia Labricana , millia-
tio ab urbe quinto . Sunt quibus placeat
etiam Julianum illum Christianæ religi-
onis desertorem, Ro. principem , ex hac
familia nonnullam originem ducere.
quod nobis non satis constat . Ille enim
ex Constantio Constantini Magni fratre
germano est natus, pro sapia paterna Dar-
danæ originis , matre Basiliina nobilissi-
ma, per quam si forte Julianorū domum
contingebat, satis imperij nomine & scri-
ptis testatam sui memoriam reliquit.

L. VOLVSIVS METIANVS

Antonius Pius, & (ut Politianus ad-
dit) Hadrianus etiam hoc quoq; iu-
risperito sunt usi . M. uero Antonius phi-
losophus, cū iuuenis adhuc iuri operā da-
ret, eundem hūc magistrū habuit . Quod
haud mediocris laudis loco equidem po-
suerim , cum ille uere diuinus princeps
tantopere uel studia coleret, quibus me-
liorem fieri uitam negari non potest , uel
magistros honoraret . Solebat enim ille
imagines præceptorum aureas in larario
habere, & mortuorum sepulchra, adhi-
bitis

bitis hostijs & floribus semper ornare.
 Traditur à Lampridio Metianus etiam
 discipulus fuisse Papiniani, & Alexandri
 Imperatoris familiaris, & in consilio so-
 cius, ut ratione temporum adducar, ne
 eundem Metianum putem. Fuerunt al-
 terutrius aut utriusq; opera hæc, fidei cō-
 missorum libri sexdecim, publicorū qua-
 tuordecim. addit Rivallius quæstionem
 singularem.

M A R T I A N V S

Mauricianus.

V T similia nomina, quæ sæpe mutuo
 uiciantur, coniungamus, fuit per ea-
 dem sane aut paulo inferiora tempora,
 Aelius Martianus autor iuris non inceles-
 ber. Eú Didius Julianus Imperator iusse-
 rat occidi, sed elapsus discrimini, postea
 in consilio Alexandri fuit. Libri eius hisce
 rebantur, Institutorum sexdecim, Regu-
 larum quinq; de Appellationibus duo,
 totidem Publicorum, Singulares tres,
 de Delatoribus, Hypothecariæ, ad Sena-
 tus consultū Turpilianū. Sane eadem hic
 quoq; quæ & in Metiano, ambiguitas,
Martianum

CCCL MARTIANVS MAVR.

Martianum enim Lampridius inter discipulos Papiniani, familiaresque socios & consiliarios Alexandri principis numerat, ad quem sunt ab Hadriano annis amplius centum, à Julianō ferme quinquaginta. Sed tamen non habeo autorem ueterem de intentata ei à Julianō cæde, & pugna est non inter Capitolinum, sed inter hunc & Politianum, quiq; eius auctoritatem seuti sunt. Mauricianū præterea quendam numerat Riuallius, cuius fuerint ad leges libri sex.

SERBIDIUS SCAEVOLA.

M Antonius quem sapientiae studiūm, Philosophi cognomine honestauit, hoc præcipue iuris perito & scientis legibus, & in consilio Imperator est usus, & ante impetum, ut nonnulli tradunt, etiam præceptore. Docuit præterea Serbidius Septimiū Seuerum Afrū, qui post Julianum gloriofissime imperauit, & Papinianum etiam. Solebat dicere, ius ciuale uigilantibus esse scriptum. Reliquit libros Quæstionum uiginti, Digestorum xl. Responsorum sex, Regulærum

tum quatuor, de Quæstione familiæ unū, alium Quæstionū publice tractatarū. In respōsis eam semper cautionē adhibuit, ut ius ad facti cōditionem qualitatemq; accommodaret. Itaq; semper illa clausula utitur, secundū ea, quæ proponerent:

ÆMILIUS PAPINIANVS

Iuris ciuilis cognitionem Papinianus, Hostilio Papiniano atq; Eugenia Gracili natus, à Scæuola didicit. Procuratiōnem fisci post Septimium Seuerum exercuit, cui quod uel ex cōdiscipulatu, uel affinitate per secundam uxorē (nam id quoq; traditur) uel cōsuetudinis gratia, amicissimus erat. Vbi ille terū potitus est Papinianū p̄fectum prætorio constitutus, non, ut ait Politianus & Cotta, urbist. Quo in magistratu Paulum atq; Vlpianum discipulos suos assessores habuit. Idem princeps ei moriens filios suos commendauit. quorum alter Antoninus Bassianus Caracalla à patre posthābitus, ad imperium tamen fauore exercitus cū peruenisset, Getamq; de medio tolere in animo haberet, & de insidijs eius apud

CCCLII AE M I L I V S P A P I N.

apud prætorianos milites in castris quea
stus esset, Papinianus, etiam tum præto-
rii præfecturam obtinens, fratum cōcor-
diam quām potuit maxime fouit, egitq;
ne Geta occideretur. Qua de re, cēso iam
fratre, infensus ei Caracalla, tametsi eum
cum cæteris concordiæ autoribus perde-
re destinasset, eī tamen innitens, à Capit-
olio in palatium rediit. Nec multo post
alij compluribus sublati, qui fautores
fuerant Getæ, à militibus, non solum per-
mittente uerum etiam suadente Caracal-
la, occisus traditur. Sunt qui in conspe-
ctu eius securi percussum, & à militibus
confossum scribāt, ideoq; carnifici dixisse
principē, gladio te exequi oportuit ius-
sum meum. Causa mortis, utcunq;, aut
prætextus certe atq; occasio, aīnot Papi-
niani non tam in fratrem, quām in con-
cordiam utriusq; fuit. Proditum tamen
uarie memoriæ est. Multi dixerunt Cara-
callam, occiso fratre mandasse Papiniā-
no, ut & in Senatu per se & apud popu-
lum facinus dilueret, illum respondisse,
non tam facile paricidium excusari posse
quām fieri. Alij rogatum ferunt à prin-
cipē, ut

pe, ut orationem, qua inueheretur in fratre, sibi dictaret, recusasse, ac dixisse, aliud est paricidium, accusare innocentem occisum. Quam causam tametsi quidam improbet, cur non conueniat, haud equidem video: in iutis perito praesertim, qui non minorem dicendi quam armorum facultatem haberet. Illud constat, diuinam ab eo in morte editam uocem. Nam, cum raptus a militibus ad palatiū traheretur occidēdus, dixit, stultissimum fore, qui sibi succederet, praefectū, nisi uiolata crudeliter praefecturam vindicaret. quod & factum est. Nam successor Papiniani Opilius Macrinus, & ipse a iuris studio non abhorrens, occiso Caracalla, ex praefecto prætorij imperium inuasit. Cuius Macrinii uitam, quod multis imperij nomine conscripta est, non conficiemus. Sicut ne Traiani quidem aut Iuliani aut denique ceterorum imperatorum confecimus. Hunc finem immeritissimo habuit uir sanctitate morum, scientia ac rebus gestis inclitus. qui iuris Asylum, qui doctrinę legum thesaurus fuerat, ex cuius ludo, tanquam ex equo Troiano, innumerabiles ciuilis

CCCLIII AEMILIUS PAPIN.

scientiæ proceres exierant. Atq; ideo ha-
buit, quod paricidiū excusare noluerat,
ne homini per se & sua conscientia ma-
gno, dignitas saltem deesset. Verū enim
uero longe tum is ea de morte fœlicior,
quam ille de imperio, qui se fœlicissimū
omnium existimabat. Neq; tamen tanto
scelere satiari rabies tyrannica potuit, sed
innocentissimi filij cædem patris sangu-
ni addidit. Qui quum triduo ante quæ-
stor opulentum munus edidisset, inter-
emptus est. & paucis diebus innumeris,
qui Getæ partibus fauebāt. Ita quantum
in illa fuit peste atq; immanissima bel-
lua, seminariū omne iuris interciderat,
nisi complures, atq; omnes quos infra
subiectam, haustram è Papiniani fontis-
bus disciplinam (unde ipsi Papinianistæ
sunt dicti) conseruassent: & uolumina
eius, quæ hæc fuere, libri responsorum
xix. quæstionum xxxvij. definitionum
duo, de adulterijs unus, ad Edictum ædi-
lium curulum unus, digestorum xix.
Fertur hominis epitaphiū duplex. Nam
Socinus filius scribit, ætate sua, ut ex pa-
tre audierit, urnam argenteam à quodā
rustico

FABIUS SABINVS ECCLV

rustico Romæ inuentam , ossaq; inde in
Tiberim proiecta, ubi hictitulus fuerit.

Aemiliij Papiniani iureconsulti & præ-
fecti prætorio requiescunt hic ossa , cui
infelix pater & mater sacrum fecerunt,
mortuo anno suæ ætatis xxxviij.

Alterum ex marmoribus , quod ego diu
quæsitus Romæ non comprei, tale fuit:

D.

M.

Aemilio Paulo Papiniano præfect. præ-
tor, iurisconsulto qui uixit annis xxxvi.
diebus x . M . iiij . Papinianus Hostilius
Eugenia Gracilis turbato ordine in se-
nior heu parentes fecerunt filio opt.

F A B I V S S A B I N V S

PAtrem Fabij Sabini Sabinum con-
stat insignem uitum & consularem
fuisse . Qui cum Senatus , iussu Helioga-
bali, eadem consobrinisui Alexadri, qui
post cum imperauit , agitantis , urbe ex-
cessisset , ipse q; remanserat , uocato per
principē centurione , mollioribus uerbis ,
occidi est iussus . Ceterū surdaster ceturio ,

z z ut urbe

CCCLVI D O M I T I V S

ut urbe Sabinus pelleretur, mandari sibi ratus, hominem eiecit. idq; uicum saluti Sabino fuit. Ad eum sunt scripti libri, ab Vlpiano, Paulo, Pomponio, qui ad Sabinum feruntur. Filius Fabius Sabinus intimus Alexandro & consiliarius, Cato sui temporis est dictus. De illo Politianus & Cotta dubitant uter (nam alterutrum constat) Papiniano operam dederit, & libros scripsiterit iuris ciuilis tres, epistolarum octo, ex Proculo singularē. quibus addit Riwallius responsorum tres, ad Vistellum xx. digestorum, ad Edictum prætoris Vrbani quinq;. hæcq; filio attribuit. Illud præterit, in quo idem illi ambigūt, uter fuerit, qui cōsularis & præfectus urbi, sub Maximino fuste percussus in populo atq; occisus, & in publico relictus sit. Id Zafius patrī, iuris scientiā filio concedit.

D O M I T I V S V L P I A N U S .

IN signem is etiam famā inter iuris consultos & uiuens & post fata obtinuit, Phenicię urbe Tyro, ut ipse satetur, oriundus. Iam primum Papiniani disciplina eruditus, eidem prætorij præfecto assedit,

dit, atq; in consilio fuit. Moreq; iam inde
à M. & Commodo per Pescennij Nigri
motum tradito atq; obseruato, cum sa-
ctorū scriniorū Alexandri principis ma-
gister & consiliarius assessorq; fuisset, ac
ad libellos apparuisset, statim præfectus
prætorio & ipse est factus. Alij ab Helio-
gabalo delatum ei hūch honorē scribunt.
Vt cung;, Heliogabali (imperio dicā an
tyrannide;) ut uir bonus à rep. remorus
est, cū illa impura belua cedibus, exilijs,
libidine cuncta repleret, uixq; uitam reti-
nuit. Cæterum cum diutius ferre ciuitas
tantam nequitiā non potuisset, trucida-
to turpissime, atq; in Tiberim proiecto
Heliogabalo, fœlicius Alexander remp.
accepit, prudētius administrauit. Cumq;
inter cetera, quæ illi diuinitus egregia cō-
tigere, nullam causam tractaret, nisi uitis
doctis adhibitis, negotiaq; & causas pri-
us à scriniorū principibus & doctissimis
iurisperitis & sibi fidelibus tractari ordi-
nariq;, atq; ita referri ad se præcepisset, le-
ges ad hæc multas de iure populi & fisci
moderatas sanciret, neq; ullam constitu-
tionem sacraret sine uiginti iuris peritis,

z 3 & doctis

CCCLVIII D O M I T I V S

& doctissimis ac sapiētibus uitis, ijsq; di-
fertissimis non minus quinquaginta, ut
non pauciores in consilio essent senten-
tiæ, quam quot S. C. conficerent. & id
quidem ita, ut iretur per sententias singu-
lorū, ac scriberetur, quid quisq; dixisset:
dato tamen spacio ad disquitendum co-
gitandumq; prius, quam dicerent, ne in-
præmeditati uerba facere cogerentur de
rebus ingentibus. In hoc egregio opere
principem habuit Vlpianum, & in toto
imperio ita honorauit, ut familiaris ac so-
cius principis diceretur. Cuius amplitu-
dinis culmen nonnulli à consulatu An-
niani & Maximi ordiuntur, qui fuit quar-
tus imperij Alexandri. Idem princeps,
cum in animo haberet omnibus officijs
genus uestis propriū dare: & omnibus
dignitatibus, ut ex uestitu dignosceren-
tur: & omnibus seruis, ut in populo pos-
sent agnosciri, ne quis seditionis esset, si-
mul ne serui ingenuis miscerentur, id VI
piano Pauloq; displicuit. dicentibus plu-
timarum rixarum causam fore, si abieci-
homines iniurijs exponerentur. Itaq; ijs
autoribus res moderata est. Illud erat
summi

summi amoris indicū, quod princeps, cum post epistolas simul omnes amicos soleret admittere, cum omnibus pariter loqui, nec unq̄ solum quenq̄ excipere, Vlpianum modo praefectū & assessores suos remotis arbitris introduci sinebat. Et si quis cum illis adhibendus esset, Vlpianū semper rogabat. neq; ullum unq; alium, ne ex domesticis quidem, solum in palatio quam Vlpianū uidit. Cumq; inter suos cōuiuaretur, Vlpianū frequenter accersebat, qui cum literatos aliquos sermones, quibus se recreari dicebat & pasci, habebat. Deniq; eum pro tutorē habuit, primo repugnāte Mammæa ma- tre, cui princeps tribuebat plurimū, dein gratias agente. Eiusdē sæpen numero purpurae obiectu ab ira militum enixe defensus est Vlpianus. constitutq; ideo summū illum imperatorē extitisse, quod Vlpiani præcipue consilijs remp. gubernasset. Merito igitur quærēti Constantino magno, quid fuisset, quamobrem homo alienigena & Syrus & adolescens Alexander intalem euasisset principem, cum Tibesti, Caligulæ, Claudij, Netones, Galbae,

z 4 Othones

Othones, Vitelliū, Domitiani, Commō
di, Juliani, ante illum prīncipes, Italici ac
Ro. sanguinis, imperatorum nomen di-
gnitatē q̄ fœdāscent, rescriptū est à pru-
dentissimo rerum autore Lampridio, id
potissimū probitati ac moribus eorum
esse accepto ferendū, quos ille princeps
in consilio habuerat. Quorū & si primas
tenuit Vlpianus, tantæ tamen glorię par-
tem, & qui dicentur, cæteri iuris pruden-
tes sibi ac fodalitiū uendicant. Utinam q̄
nostris principibus liberet interdum ad
hæc animum intendere, ut, quos ratio
ac religionis, quam profitetur, autoritas
non mouet, exempla saltē prophano-
rum hominū excitarent. Verum illud in-
tegritati Vlpiani (ut omnibus aliquid fa-
to negatū est) defuit, q̄ Christi pietatē, à
qua nō ualde princeps eius abhorrebat,
(siquidem Christū in larario atq; Abra-
ham coluit) est insectatus. Nam libro v.
de officio procos. rescripta prīncipū con-
tra Christianos collegit, ut doceret, qui-
bus pœnis affici oporteret eos, qui se cul-
tores ueri Dei confiterentur. sed id nimis
cum uitio temporum Vlpiano contigit.
Inueniq

Inuenio apud quosdam Vlpiani basili-
cam Romæ nominari. Et tantum à Mo-
destino alijsq; tributum est, ut uerteret
gum nobilissimus atq; egregius dicere-
tur. Reliquit ingentem numerum libro-
rum, quibus potissimum referta sunt Iusti-
niani digesta, decē libros pro tribunalis
totidem de officio procos. ad Edictum
Ixxxij. xx. ad leges, septē regularū, fidei
commissorū sex, de adulterijs quinq; de
appellationibus quatuor, ad Sabinum
li. opinionum sex, de officio cos. tres, re
sponsorū duos, sex de censibus, instituto-
rum duos, septem singulares, de sponsa-
libus, de officio prefecti uigilū, de preto-
ris tutelaris, de quæstoris, regularū rur-
sus, de officio præfecti urbi, de curatoris
reipub. & publicarum disceptationum.

IVLIVS PAVLVS.

EIdem Papiniano, quem præceptorē
iuris habuerat, Paulus Patauinus, cu-
iū statuam hodieq; patria colit, assessor
atq; incōsilio fuit, ac dein principis à me-
moria. Perq; hos gradus ad præturam &
consulatū, demumq; ad prætorij præfe-

z s Eturam

CCCLXII IVLIVS PAVLVS.

eturam, summum tūc à principe locum,
peruenit. eadē familiaritate , societateq;
ac grauitate atq; honore & cōsilij mune
re, quibus Vlpianus, apud Alexandrum
floruit. Nec minus de hoc, ab utro p̄fes
eturā acceperit, Heliogabalo ne an Alex
andro, ambigitur. Eandem constitutio
nem de uario hominū uestitu improba
uit. Deniq; post Vlpianum, nemo plus
apud optimū principē Alexandrū ualu
it. Ut appareat, quantum uel boni aulici
accius principibus, uel boni principes
scientijs ac moribus prouehédis, reipub.
conferant. Itaq; Paulus Vlpiano hono
re ac doctrina par, numero scriptorum
etiam superior fuit. Tres enim & uiginti
responsorū libros conscripsit, questionū
sex supra uiginti, ad Edictum octoginta,
tris & uiginti breuium , ad Plautiū duos
deuiginti, ad Sabinū sexdecim , decem
ad leges , regularum septem , sententia
rum uel factorum sex, sententiarum tur
sus quinq;, ad Vitellium quatuor, ad Ne
ratium quatuor, fidei commissorū tres,
de adulterijs tres, decretorū ttes, manu
alium tres, de officio proconsulis duos,
ad legem

ad legem Iuliam duos, Institutorum duos, de iure fisci duos, ad legem Aeliā Sentiam tres. Libros præterea singulares reliquit, Regularum rursus, regularū testio, de officio præfecti uigilum, de pœnis paganorum, de officio præfecti urbi, de pœnis militum, de usutis, de iure codicillorum, de officio prætoris tutelaris, de pœnis omnium legum, de gradibus & affinibus, de excusationibus tutelarū, ad S. C. Orificianum, ad S. C. Tertullianum ad S. C. Velleianū, ad S. C. Libonianum seu Claudianū, ad S. C. Syllanianū, ad regulam Catonianā, de extraordinarijs criminibus, de hypothecaria, ad municipale, de publicis iudicijs, ad orationem diui Seueri, de inofficio testamēto, de secundis tabulis, ad orationē diui Marci de tacito fideicōmissō, de septemuinalibus iudicijs, de iuris & facti ignorātia, de iure singulari, ad legē Falcidiā, ad legem Velleiam, ad legem Cinciam, de portionibus, quæ liberis damnatorū conceduntur, de adulterijs, de iure libellorū, de iure patronatus, de testamentis, de instru-
ctio & instrumento, de appellationibus,

CCCLXIII IULIVS PAVLVS

de iure patronatus quod ex lege Julia & Papia uenit, de actionibus, de intercessiōnibus fæminarū, de cōcurrentibus actiōnibus, de legibus, de libertatibus dandis de donationibus inter virū & uxorem, de legitimis hæreditatibus, & de S. C. librum etiam singularem, de uarijs actiōnibus, & octo digestorum. Extant hodie libri quinqꝫ receptarum sententiarum ad filium, ex tam multis.

POMPONIVS

Feliciter illo imperio Alexātri floruit & Pomponius uir legum peritissimus, doctrina Papiniani imbutus, familiaris ac pene socius consiliariusqꝫ principis. Is discendi studium unam optimam uiuendi rationem existimabat, eamqꝫ in octauum & septuagesimum ætatis annum perduxit. Quamobrem muta eius fuere uolumina. Illud extat eius singulare in hanc disciplinam beneficium, quod omnes ad Julianū usqꝫ peritos iuris diligenter collegit, qui labor nostrū hoc opus plurimū adiuuit. Scripsit libros omnino quorum sit habita ratio in cōficiēdis digestis, quotum

quorum nunciure utimur, ad Q. Mutiū lectionum xxxix. ad Sabinum xxxv. Epistolarum xx. Variarum lectionum xv. ad Plautium viij. Fideicommissorum quinque, Senatusconsultorum totidem, Enchiridij duos, Regularum unum. Iis adiungit Riwallius ad Aedem octoginta, ad Aedictum lxxxiiij. Digestorum xl. De Stipulationibus xvij. Gens Pomponia non in postremis clara unum habuit in libera ciuitate Cos. sed bis, M. Pomponium Mathonēm, anno V. C. Dxx. & bienio interiecto iterum, & xiiij post magistrum equitum & prætorem eodem prenomine, itidēq; in sequenti anno, ac multis postea, unum Cos. in serua reperio L. Pomponium Flaccū, principatu Tiberij.

HERENNIVS MODESTINVS

Eisdem honoribus, ætate, magistro, Modestinus est usus. Accessit honos ex discipulo imperatore, Maximino filio, & ex consulatu, quem geffit principatu Alexandri. Versus etiā factitauit, quorum extant in Virgilij libros argumenta falso quondam tributa Ouidio. Sed operibus

CCCLXVI H E R E N M O D E

bus legum longe clarior, scripsit libros te
sponsorum xix. Pandectæ xij. Regula-
rum decem, Differentiarum nouem, de
Pœnis quatuor, Singulares nouem, de
Præscriptionibus, de Inofficio testa-
mento, de Manumissionibus, de Lega-
tis & Fideicommissis, de Testamentis,
de Eurematicis, de Enucleatis casibus, de
Differentia dotis, de Ritu nuptiarum. Ex
Euphrasius cussionum præterea sex libros dicitur re-
liquisse, quod nescias an idē sit opus cū
eo quod de excusatione tutelę & cure fer-
tur de Græco uertisse in Latinū, ipsis legū
uerbis interdū positis, si qua incurrisse
parū apta latinitati. Quod tamē Politia-
nus negat, & inepto alicui ascribere eā in
terpretationē mauult. Certe Tribonianus
inde magnā partē tituli de excusatio-
ne tutorum in sua digesta transcripsit.

A L I Q V O T A C E R V A T I M

R Elqui sunt ex his, qui instructi à Pa-
piniano, Alexandri tépora & impe-
rium illustrauere, partimq; etiam Seueri
& Antonini, aut paulo superiora, de qui
bus nihil pene præter libros habeo dicere. Tat̄

te. Tarruntius paternus scripsit libros militarium iiiij. Macer militarium, publicorum, de officio presidis, Icaston, de applicationibus binos. Terentius Clemens ad leges xx. Menander militariū quatuor. Archadius unū de Testibus. Ruffinus regulatum xij. Papirius Fronto quatuor responditorum. Anthius, uel Publius Furius Anthianus partis edicti quinq̄. Maximus ad legem falcidiam. Hermogenianus epitomatum sex. Africanus questionū ix. Florentinus institutorū xij. Tryphonianus disputationū xxi. Iustus constitutionū xx. Calistratus de cognitionibus vi. de iure fisci iiiij. institutorum tres, questionū ij. edictorum monitoriorum sex. Venuleius stipulationū xix, actionū x. unū de pœnis paganorū, ij publicorū de interdictis vi. quatuor de officio processos. Celsus carissimus Alexandro, xxxiij. ad Sabinū digestorū libros, questionum xxi. Fuere præterea per Alexandritēpora, quorū nomina operum nulla extat. Hermogenes, Alphenus iunior, Metianus iunior, Proculus, & Junius Frontinus, cuius forte est opusculum de limitibus,

CCCLXVIII TRIBON. ET SOCII

non eius, qui uixit per Traiani tempora.
Incertæ autem ætatis Saturnius x. libros
ad edictum reliquit. Suphus Quæstionū
duos. Hadrianus de interdictis totidem.
Puteolanus assessorum aliquot. Vettū
etiam Flaccum Festus, Macrobius, Dio-
medes, ut Iurisperitum, nō semel laudat.

TRIBONIANVS ET SOCII

Constantini, qui primus Ro. imper.
Sedem, deteriore euentu quam consilio mutauit, facto contigit, ut transma-
rini etiam periti iuris cœlendi sint. Quos
inter Tribonianus primas facile tenet, ut
cuius monitu & opera Iustinianus, dis-
persum antea infinitis uoluminibus ci-
uile ius, & crebris opinionum dissensio-
nibus, quasi intestinis bellis, fluctuās, in
hanc, quæ post M. Ant. adhuc durat, bre-
uitatē concordiāq; contraxerit. Id quod
tanto ante C. ipsi Cæsari dictatori in ani-
mo fuerat. Is igitur Tribonianus Mace-
doniani F. genere Pamphilus fuit, inter
fori principes, Cos. Iustiniano magister
officiorum, assessor, & quæstor, quod
munus tum apud Constantinop. impe-
ratorem

tatem solenne erat. Euenit septimo principatus anno, ut Veneti Prassiniq; seditionis factionum nomina, ita conspi rarent, ut fugato imperatore ac Senatu, urbe magna ex parte inflammata, ædes multas pub. q; opera incéderint. Quem tumultum ut sedaret imperator Tribonianum & Ioannem prætorem præf. in sicciorum gratiam magistratu mouit. Id enim magnis uocibus, proptet exercitam in se antea quietis rebus seueritatem ab armata plebe undiq; flagitabatur. probra in utrumque tota urbe iactabantur, ipsi q; ad necem diu frustra quæsiti erant. Triboniano Basilides successor datus, uit mansuetudine ac æquitate inter Patricios clatus. postea tamen Tribonianus in suum locum redijt, quo perfunctus, multos post annos morbo decessit. Vir fuit ingenio miti atq; humano, ut nihil unquam præterea à quoquam ingratum sit passus. Quibus moribus & singuliari omnium artium doctrina unum auaritiae crimen facile obscurabat: cum tamen non nisi iustum sectaretur lucrum, legesq; assidue aliquas ex ihsu aut anti quaret

quaret aut conderet. Quod qui omnino arguunt, ne illi instabilem rerum humatum conditionem parum intelligunt. Hæc de Triboniano Procopius, historicus haud paulo melior quām Suidas nescio quis. A quo traditur Tribonianus auaritiæ morbo misere laborasse, ut ius ipsum preciō quasi promercale habuerit ac leges ad utriusq; partis usum nunc tuerit, nunc abrogat, & quasi quæstuarias prostituerit. nullum putasse esse Deum, penitusq; à religione abhoruisse, adulatorem atq; impostorē fuisse, ut qui Iustiniano persuaserit non moritum eum, sed cum ipso corpore in cœlos iri sublatum. Sed hæc quis credat incerto autoris: cum contra stet scriptor grauis eorum temporum Procopius, nec Iustiniani optimi, & uel Suidæ ipsius testimonio, religiosissimi principis prudentia & pietas passura fuisse, ne dū altura & proœctura eiusmodi monstrum videatur.


Fuit eodem tempore Tribonianus alter, ex Sida Pamphiliæ urbe, primarius & ipse causidicus, uir multæ eruditionis & multorum operum, quæ ponit Suidas, nihil

TRIBON. ET SOC. CCCLXXI

das, nihil ad ius attinentia. Theophilus
quoq; Dorotheus, Isidorus, Cratinus,
Talleleus, Theodorus, Anatolius, viri il-
lust. & peritiss. iuris adhibiti à Iustiniano
ad purgandas feligendasq; quibus
utimur, leges, insigne ab eo te
stimoniu doctrinæ ac fi
dei meruerunt.

τέλος

A R G E N T O R A T I A P V D
CRATONEM MYLIVM,
AN. M. D. XXXVIII
MEN. MART.





Ordo instrumentorum est ut primo Nomem Imperato-
ris, et annus Imperij, secundo nomine Consulis, et
Annus consulatus, tertio mensis et dies, quarto
dies Ciuitatis factae, si hoc sit de consuetudine
quinto series. Sexto locus, Septimo subscriptio
Cestium, et contra Cestium, octavo subscriptio
Tablionis.



